intellectualis enim uerbi lucem depellēda erat
caligo intellectus humani: prationem dei ratio
nale animal emendandum. Ergo statutis adiui
na uoluntate temporibus/creauit deus puerbū
rationale quandam hominis animam: quam eo
dem momento tenero fetui uirginalis uteri p
diuinum spiritum cōcipientis cōiunxit. Momē
to quoq; eodem uerbum ipsum naturam asūp
sit humanam: atq; ferme sicut exanima illa in
mortali & mortali corpore homo factus ē unus
ita exhomine illo ac dei uerbo factus ē christus
deus & homo. Sic infinita bonitas/quæ se comu
nicare uult omnibus/tunc modo quodam aptis
simo se ipsam cunctis comunicauit/quādo sibi cō
iunxit hominem iquo tam q̄ imedia rerꝫ spetie
cuncta comprehenduntur: neq; mutauit: tunc
sedem suam diuina maiestas/cum sit semp ubiq;
neq; se adhumana quasi pdefectum deiecit diui

na sublimitas sed humana ad se potius eleuauit neq; infinita diuini solis lux ex adiunctione ho minis ullo modo infici umq̄ potuit/sed homo inde semp̄ illustrari ac perfici atq; ut i homine augeri & minui sic ad corpus p̄tinent ut in animā num q̄ penetrent ita in christo humana pati pro prie ad hominem pertinebat i diuinitatem nō pe netrabat. Christus igitur ut homo patiebat̄ hu mana: ut deus diuina operabatur.

Capitulum sexdecimum Cōueniens fuit de um se homini iungere.

c VR olim deus homo factus est/ut ho mo quando que quodamodo deus effi ceretur. Deus enī quodamodo fieri po test qui naturali istictu cupit studetq; esse diui nus. Nō potest autem in deum surgere /nisi de us aliquando ita trahat ut surgat quemadmodū ante traxerat ut appeteret sed rem hanc ab alio principio repetamus. Summus opifex summū manifestumq; debet opus efficere: tale uero il lud ē quo maius effici nequit. Tale igitur ma nifeste deus summus facere debet opus hoc uel increatum solummodo ē uel creatum: uel exu trisq; compositum Primum quidē illud nō ma nifestum opus est: sed opifex ipse solus enim de us est qui ab alio nō dependet. Secundum uero

cũ omninofinitũ ſit/abinfinito deoſpatio diſtat
i menſo. Inhoc certe ſpatio tã ratione iteruallí
ipſius ꝗ̃ ratione infiniti dei opus adhuc aliud ru
rſuſq; aliud preſtantius ſemp̱ effici poteſt. Nul
la igitur creatura ſimplex poteſt opus illud ſu
mmũ eſſe quod querimus ſed ita demum opus
huiuſmodi reperire cõfidimus/ſiquid unum: re
periatur excreatore ſimul & creatura compoſi
tum. Ratione quidem creaturæ illud dicitur eſ
ſe opus/ratione autem creatoris imenſum opus
huiuſmodi deus facere poteſt & ſcit & uult/ẽ eni
deus potentia/ſapientia/bonitaſq; inmenſa: con
iungi igitur quandoq; creatori debuit creatura
. Que ſuper rationalem animã ſunt/ſolum eter
na ſunt: que infra illam temporalia ſolum. Ipſa
uero partim quidem eterna: partim etiam tem
poralis. Deum imitatur unitate/angelos intel
lectu/ſpetiem ꝓpriam ratione/bruta ſenſu/nu
tritione plantas/eſſẽtia carentia uita. Eſt igitur
anima hominis/quodammodo omnia. Quod
intheologia noſtra latius diſputauimus preſerti
cum ſit incorpore exomnium uiribus compoſi
to cælíq; inſtar temperatiſſimo. Decet autem
deo cõmuni omnium duci uniuerſam creaturã
quodammodo iungi: nõ quidem ſparſim quia
deus ſumma unitas ẽ/immo uero ſummati. Na

turæ igitur humane deus uniatur opportet iqua sunt omnia. Si enim illis que supra eam sunt tã q̃ creatarum rerum extremis iungeretur / neq; ad media rerũ neq; ad alia extrema cõiunctio eius modi ptineret. Similiter si illis quæ infra nos sunt iungeret semetipsum: pfecto infinita unitas opa sua uniuit summopere & inuicem & ad ipsã cum ab initio in homine cuncta concluserit: deinde sibi deuinxerit hominem. Forte ob ea que supra diximus pphETA abachuc inquit. Opus tuum domine in medio annorum uiuifica illud in medio annorum notum facies. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Quia uidelicet in media rerum spetie quæ ex utrisq; seculis æuo silicet tẽporeq; componitur opus illud impletur. Addunt aliqui in medio quoque mundi cursu. Volũt enim decem annorum milibus non mundũ sed mundi cursum prsus expleri: siquidem motus quietis gratia sit institutus / atq; i medio hoc mundi cursu / deum se hominibus ostendisse: ut aduentus eius equæ ab utrisq; seculorum distaret extremis: ne uel expectatio futuri aduentus nimium ptraheretur: uel preteriti memoria prsus aboleretur. Sed tempora deus uiderit tẽporum temperator. Si bonitatis pprium ẽ diffundere & comunicare se ipsam / deus cum sit infini

tum bonum omnes debet comunicationis mo
dos implere : ii uero quatuor esse uidẽtur. Secũ
dum presentiam / uirtutem unitatem essentie /
unitatem ꝑsone primus impletur in omnibus /
ubiq; enim deus adest. Secundus per omnes for
mas etiam mininimas ꝓpagatur. Nã omnis for
ma efficacem adeo aliquam habet uirtutem ma
teria uero ipsa nõ habet. Tertius itra deum fit
solum. Nõ potest enim essentia dei essentia al
terius fieri. Alioqui uel quod infinitum est / fini
tum fieret / uel quod ẽ finitum fieret infinitum
Quartus comunicationis modus fieri nequit i
rebus ratione carentibus : quibus eni natura de
est omnino cognitio amorq; dei unio diuina se
cundum personam nõ cõuenit. Ex ãgelo quoq;
ac deo unam fieri personam nõ est necessarium
angelis quippe miseris nullum super est reme
dium cum penitentia desit : ceteris angelis satis
est ad beatitudinem suam antiqua illa luminis
diuini possessio : quod quidem lumen i seraphi
nis / seraphinis quodammodo fit / in cherubinis e
tiã cherubinus similiterq; in aliis ꝑinde atq; solis
lumen dum ꝑ uitra diuersoꝝ colorum transit i
colores uarios se trãsformat. Deus autem in ho
mine / hominem reddit diuinum merito : sicut
enim in rebus naturalibus ex materia ultima for

maq; suprema fit cōpositum naturalium prestā tissimū ut animal rationale: sic ferme inrebus diuinis exsupremo spiritu atq; ultimo. s. deo & hominis animo: efficit' diuinū assūptum om nium prestātissimum. Nō satis erat homini ad hoc ut suscitaretur radius mēti eius diuinus isu sus. Nā ꝑptersensus amēte digreditur. Oppor tuit igitur ihomine quodam silicet yhesu ita di uino ipsi soli animum iungi ut & incorpus ipsius & adsēsus hominum copia radioꝝ exuberaret.

Capitulū decimū septimū Qualis cōiunctio sit dei & hominis.

q VONIAM unio dei adhominē secun dum personā diuinam potiusꝙ̃ secun dum diuinam naturam facta est: ideo cum unitur homini uerbum: nō opportet patrē similiter spiritumq; uniri: qui licet natura cōue niant: differunt tamen interse ꝓprietate perso ne. Sicut ergo intrinitate tres ꝑsone ieadem na tura existūt sic inchristo ꝑsona una itribus exi stit naturis: deo animoq; & corpore: atq; ibi homo comparatur addeum queādmodum ma nus adanimā imo lingua adintellectū. Nō eni fit deus ꝓprie naturalis hominis forma: sed ho mo fit' ꝓprium cōiūctumq; istrumētum dei ad opera dei ꝓpria excellentissime pagenda: non

sunt autem due i christo psone: sed una scilicet psona uerbi coiuncta nō psone hominis sed nature/sicut enī rationalis anima i suo esse existit pque eius esse existit & corpus/ita dei filius & multo magis i esse persone sue existit/atq; adillud naturam extollit humanam: pinde quemadmodum uerbum nostrum mēte cōceptum isensibile ē: extra uero uoce prolatum fit sensibile: ita mentis diuine uerbum ab æuo in deo inuisibile pmanet sed pasumptionem hominis factū est uisibile. Est igitur christus uerbum/quod ab æuo diuina mens/se omniaq; secum intelligendo/intra se loquitur/iam spiritu diuino prolatū & corpus humanum quasi uocem assumēs diuinamq; audiētibus significans uolūtatem. Tātum uero diuinam cuiq; uolūtatem significauit quantum quisq; capere poterat. Cunctis autē quantum si imbreui hac uita exerceatur beatitudinem largitur eternā. Multa quidem precepta & preclarissima tradidit. Sed paucis omnia comprehendit quando iussit. Te toto deum ama/homines ama sicut te ipsum/quod tibi fieri nō uis aliis facere noli.

CAPITVLVM DECIMVM OCTAVVM QVAM DECENS DEI HOMINIS QVE CONIVNCTIO.

ON minus ferme est deformia reforma
n re/ ꝙ formare simpliciter ab initio. Si
quidem nō minus est bene esse: ꝙ sim
pliciter esse. Decuit igitur deum omnium effec
torem ꝑficere: que defecerant: & queādmodum
ꝑ insensibile uerbum cuncta creauerat (quid.n.
aliud creature sunt: quā cogitationum dei qua
si quedam uoces extra ꝓlate? ita ꝑ uerbum quo
dammodo iam sensibile factum sensibilia refor
mare. Quoniam uero deus cūcta facit/potēter
sapienter beniuole/decuit ita restituere illa ut
potentiam/sapientiam/beniuolentiamq; osten
deret. Quid potentius? ꝙ extrema in unam ꝑso
nam & infima ad summa redigere? Quid sapien
tius? ꝙ uniuersi decorem miram prim & ulti
me rationis copulam fieri? Quid beniuolentius
quam deum uniuersi dominum obserui derelin
quentis salutem: serui formā assummere?. Sic
ergo & declarauit & fecit/ut nihil esset in mun
do deforme/nihil penitus cōtēnēdum cum regi
cæloꝝ terrena cōiunxit: atq; ea quodam̄odo ce
læstibus adequauit. Preterea quoniam homo a
deo ceciderat potentissimo/sapiētissimo: beni
gnissimo: icirco in imbecillitatem ignorātiam
malignitatemq; corruerat: ꝓptereaq; ex pio ꝓ
fanus euadens ieptus iam penitus erat ad diuinā

uirtutem imitandam/ adlucem cognoscēdam/ adbonitatem deniq; diligēdam: ut ergo homo exhac ruina rursus ascenderet adsublimia: cōgruētissimum fuit sublimē deum exalto huic manum porrigere: hac uidelicet ratione ut se ipsū huic uisibilem amabilē/ imitabilem q; efficeret. Nullus adhoc aptior modus: ꝙ ꝙ deus fieret homo/ ut homo qui corporalis iam factus co poralibus ībiabat: deum iam quodammodo & corporalem & humanum clarius cognosceret/ & amaret ardentius: faciliusquoq; & diligētius imitaretur: fieretq; beatus. Postremo homo curari ꝑfecte nō poterat nisi recuperaret mētis īnocentiā: dei amicitiā: suā excellentiā: que soli subiecta deo fuerat abinitio secūdū naturā. neq; excellētiā adipisci poterat: nisi curator esset deus cui soli homo secundum naturam subest: neq; dei amicitiā nisi ꝑcōgruum quendā concilia torem qui manum adutrumq; posset extendere & utrisq; extremis esset cognatus quodāmodo & amicus: nullus est talis omnino nisi sit deus simul & homo: neq; innocentiam nisi culpa dimissa: quam dimicti sine satisfactione iustitia non ꝑmictit. Satisfacere ꝓuniuerso hominum genere solus poterat deus: pati tamen neq; decebat nisi hominem qui peccauerat: neq; deus

ipſe poterat. Cōſentaneū itaq; fuit humanum genus perdcum factum iam hominē emendari. Proinde neq; excellentia comparari poterat niſi pcuratorem excellentiſſimum neq; amicitia recōciliari/niſi pamiciſſimū cōciliatorē neq; recupari innocētia niſi pſatiſfactorem ſufficientiſſimum. Excellētiſſimus autē curator ſolus deus eſt/amiciſſimus conciliator ē homo: ſufficientiſſimus ſatiſfactor ille pprie uidetur eſſe qui pariter eſt deus & homo. Valde igitur humanæ curationi cōgruum fuit: quod iohannes ait diuinum uerbum humanā induere carnē: ut genus humanum queadmodum peternum uerbū creatum fuerat/deſerēdo autem inſpiratum uerbum iculpam ceciderat:/ſic puiſibile uerbum a culpa redimeretur.

Capitulum decimū nonum Aduētus chriſti dat beatitudinem fide: ſpe: caritate.

EMO beatitudinē quæ indiuina conſiſtit contemplatione conſequi poteſt/niſi deum ardenter amet: ardenter amare deum nequimus niſi ſperemus eum quandoq; aſſequi poſſe/ſperare nō ualemus: niſi prius credamus tum deum eſſe: tum nos deo poſſe quandoq; frui. Deus igitur pater hominū & curator aliquando miris modis indutus humanitatem ſe

nostris sensibus obtulit ut ꝑ ipsos sensus quibus plurimum utimur & cõfidimus/corpus eius miraculaq; cernentes esse deum certiores essemus Hinc fides exorta est scientie fundamentũ. Qui uero crediderit eum curãdi humani generis gratia inmole ẽ corporis descendisse omnia iam uel maxima se adeo sperabit impetraturum. Quis quis tãta benefitia partim uidet: partim sperat nisi penitus uecors ingratusq; sit/ nõ amare non potest. Rursus cum deum intelligas animo cõiunctum fuisse quadam unione persone/sperare debes animum posse aliquãdo deo cõiungi quadam o pationis unione iqua sũma beatitudo cõsistit. Desiderare quoq; debes deo preceteris inherere: qui soli hominis animo corperiq; se ꝑprius infudit/ ꝑinde quia deus homini absq; medio se cõiunxit meminisse opportet nostrã felicitatem ineo uersari: ut deo absq; medio hereamus & quia inter equales amicitia ẽ/dum cõsideras deum quodãmodo se homini adequasse neq; amicitiam dei erga te negare: neq; tuam ergã deum deserere debes. Desinant igitur/iam desinãt homines sue diuinitati diffidere obquã diffidentiam mortalibus se ipsos inmergunt. Reuereãtur se ipsos tamq͂ diuinos sperentq; se posse ad deum adscẽdere: quandoquidem adeos dignata

est quodammodo maiestas diuina descendere Ament toto pectore deum in quem transforment tur: qui ob ingentem amorem se mirabiliter in hominem trasformauit.

Capitulum uigesimum Aduentus christi ad peccati grauitatem leuandam utilis fuit.

ITA corporis anima est/anime uita de us. Nature ordo exigit: ut corpus anime anima deo pareat. Iustitie ordo requirit ut si a deo dissentit animus talionis pena dissentiat corpus ab anima: atq; sesus a ratione. Rebellauit a deo primi paretis animus: rebellauit corpus ac sensus ab eo/rebellio prima peccatum fuit/secunda pena quedam peccati fuit atq; peccatum/quoniam rationi derogauit & deo. Complexio affectioq; rebellis a primo quasi sapor quidam pfluxit in omnes qui inde quasi riuuli a fonte manarunt. Hoc orriginale uitium e ceterorum malorum animæ corporisq; origo: hoc uolumina illa hebreorum testificatur: quorum diuinitatē testificatur sūma illorum præcæteris antiquitas/cōsensio pene omnium ppagatio p uniuersum/duratio idefessa/cōcordia maiestas sobrietas & miracula hic illa magorum a zoraste descendentium ōpinio omnia. s. corporis mala a malis anime proficisci/animaq; curata cætæra mala uitari. Hoc

plato intimeo quidē inuit: icarmide uero declarat. Verum ut ad ꝓpositum reuertamur rebellio eiusmodi: quoniā infiniti dei derogauit maiestati: mortales adifinitam beatitudinem ieptissimos reddidit/ neq; dirigi nisi ꝑinfinitum deum poterant. Dirigēdi tamē aliquando erant ne frustra adeo fuissent abinitio adbeatitudinem ordinati. Per uoluptatem cōmissum est peccatum/ ꝑcōtrarium uoluptatis dolorem est purgandum/ peccauit semel omnis quodammodo humana natura ihomine illo qui uicem gerebat omnium/ pati similiter semel quodammodo debet omnis inaliquo/ qui uicem quoq; omnium gerat qui longe magis cum deo cōsentiat: ꝙ ille dissenserit. Omnium uero uicem post adam solus ille gerere potuit qui deo penitus iūctus esset omnium conditori: fuit igitur illo deus simul & homo/ deus ut omnes complecteretur infinitamq; posset culpam diluere/ homo ut pati ꝓculpa posset: atq; ut pateretur homo: quemadmodum peccauerat homo. Sic & illius hominis pena meritumq; uim aliquam habuit infinitā inquantum re uera deo iunctus fuerat infinito Infinito autē quodāmmodo supplicio meritoq; opus fuerat adifinitā culpam penitus diluendā.

Capitulum uigesimū primum Christus ꝑ

fectum istructionis genus impleuit.

d IVINA ꝓuidentia nullum erga filios suos istitutionis genus pretermictere uoluit/est autem institutio duplex ꝑdoctrinam uidelicet & exemplum. Doctrina ꝑfecta est dequa iure dubitari nō debet: qualis i solo deo esse cōceditur. Misit igitur pater deus ad homines preceptorem aliquē: qui deus esset ne dedoctrina eius dubitare deceret/adde & qui esset homo ut ipse homnia humana offitia uere exequi posset omnesq; ꝓhonesto deoq; ꝑferre labores: quo exemplo homines ꝑfecte istrueret aduirtutē. Opa enim multo magis quam uerba mouēt idisciplina presertim morali: cuius finis ꝓprius uersatur inactione. Esse illum deū declarauerunt miracula ut fidem apud dociles doctrina eius haberet: esse uero hominem passiones humane declarauerunt. Nullus igitur nobis nisi ꝑtinaces nimium esse uelimus excusasioni locus uidetur esse relictus/si doctrinam eius quasi minus uerā insolenter respuere nitimur diuinitas miraculaq; reclamant si tanquā nobis supra modum duram humanitas laboresq; magistri & ducis illius ostendunt hominibus possibilia esse quæ pertulit homo. Deniq; quia delictoꝝ summa ineo cōsistit: q corporalibus nimiū

inherenius aspiritalibusue discedimus christus uite magister pdoctrinam uitāq; suam quasi gla dium & ignem imisit inmundum: hoc est uirtu tem purgatoriam animiq; purgati ut omnescor poralium uitioꝝ fomites resecaret aduiuum at q; cōsumeret: ipse quoq; singula ultro libēterq; tulit/quæ ceteri fugiunt tanquam mala: pere grinationem/inediam/sitim/nuditatē/infamiā cōtumelias/uerbera/breuitatem uite: ignomi niosam mortem & acerbissimam: fugit autem sin gula quæ tanquā bona cæteri ꝓsecuntur: ut hac ratione nobis ostenderet neq; mala re uera esse que mala uocamus neq; bona quæ uocamus bo na nihilq; ĩrebus corporalibus esse quod ullius pretii cēsendum sit. Sed quicquid preter deum est tenuis umbræ somnium extimandum. Cum autem omnibus que amortalibus optātur tan quam bona: careret/solis certe miraculis solus ipse inorbe terraꝝ ihanc usq; diem meruit/& meruit subito ut deus summus existimaretur Prophetas hebrei sanctos homines uocant/gē tiles uiros excellentes cum deos nominant/di uinos iā factos & dei ministros itelligunt. Mau methenses regem suum maumethem filium ab dalle filii abdalmutalibis arabie regis/purū quī dem hominem: sed dei numptium esse credūt

talem quoq; ipse se uocat inalcorano. Additse inui armorum / christum inuirtute miraculorum missum adeo fuisse / deumq; hominibus yhesum & mariam miraculum effecisse. Meritosolus christus stupendisoperibus meruit: quod neq; multi principes hoc tum minis tum benefitiis cōtēdentes. Neq; zoroaster: pythagoras / empedocles: appolloneus theaneus aliiq; multi philosophi. Sapientia mirabili & longa uita cōsequi potuerūt / quis pythagoram iamblicus calcideus lōga disputatione. Appollonium uero philostratus eloquentia porphirius argutiis multi principes fauore ꝑuiribus celebrauerint.

Capitulum uigesimum secundum Christus errores expulit ueritatem aperuit.

NTE christi aduētum: puniuersum pene orbem plures colebantur dii / immo demones sacerdotesq; & illi quidē mali quod enomausphilosophus cōfitetur. Quis nō uideat illos fuisse malos / quinihil deanimorum purgatione curabant / deterrenis cōsulebant solum ac terrena sēp acultoribus exigebant. Sacrifitia iubebant obscenissima & crudelissima fieri respōsisq; suis discordias ꝙ plurimas seminabant. Colebantur passim deorum. i. beatorum loco tiranni uiuentes: colebantur animæ partim icō

tinentium/partim hominum iniquoꝝ. His ima
nissimis mostris olim genus hominum preme
batur. Nō hercules armatus: ea sed christus in
ermis tunc extinxit cum malignoꝝ demonum
uim retudit. Scribit plutharcus barbaroꝝ opi
nionē esse aereos demones perturbationes mor
temq; pati posse. Testimoniaquoq; multoꝝ
adducit: quod certis signis cōpertum fuerit ty
berio imperante pana magnum demonē mul
tosq; alios demonas manifeste eni lasse demo
na etiam obiisse: ꝓculus etiam platonicus esse
id posse ꝓbat. Nos autem scimus christum eo
ipso intempore adisse limbum: atq; resurexisse
Plutarchus preterea scribit oracula tēporibus
suis unouel duobus exceptis toto iam orbe ex
tincta. Audi qua uoce dehoc porphirius cōque
ratur. Postea inquit quam yhesus colitur nihil
utilitatis adiis cōsequi possemus. Si dii sūt/o/
porphiri: quare uiribus suis yhesu uirtutem non
deprimunt: Sed audiamus magnum illum ter
tullianum apud romanos iudices sic orātē. Aga
tur huc iudices aliquis sub tribunalibus uestris
quem demone agi cōstet. Iussus aquolibet chri
stiano loqui spiritus ille tam se demonem confi
tebitur deuero ꝙ alibi deum defalso. Eque pro
ducatur aliquis ex iis qui dedeo pati existimant

nisi omnes eiusmodi spiritus se demones confessi fuerint/christiano mentiri nō audētes/ibidem illius christiani ꝓcacissimi sanguinē fūdite. Quid isto oꝑe manifestius? Quid hac ꝓbatione fidelius? Simplicitas ueritatis in medio est. Virtus illi sua adsistit nihil suspicari licebit/magia aut aliqua eiusmodi fallacia fieri. Atquin omnis hec nostra illo dominatio & potestas denominatione christi ualet. Ita de cō tactu deq; afflatu nostro etiam de corporibus nostro imperio excedunt iuiti & dolentes & uobis presentibus erubescentes. Credite illis cum uerum de se loquntur: qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mētitur: quin potius ad honorem : christianis ad ꝓbandam ueritatem cogentibus se deos palā esse negant: neq; alium deum respōdent preter unum cui nos mācipamur: hucusq; tertullianus Lactantius scribit: suis temporibus hoc publice quotidie compertum fuisse. Cum gentiles suis demonibus imolarent/si asistebat aliquis cruce signatam frōtē gerens: neq; respōsa poterat cōsultus reddere uates: neq; poterant demones iu uisceribus bestiaꝝ futura depingere: atq; hanc fuisse causam inquit precipuam malis regibus christianos ꝑsequēdi. Nō enim aduertebant signo crucis tamꝙ potētiore demonas/tanꝙ de

biliores inde fugari. Merito socrates: plato &
uarro: quamuis latēter ꝓpter turbam supstitio
nes gētilium diriserunt: yhesus de niq; illas ꝑdi
dit ne homines ꝑderētur. Greci atq; romani pa
ulo ante christi lumen ceperant: aristippi epicu
riq; cōtagiosa impietate magis idies magisq; co
rrumpi. Innumerabiles christi exemplo marti
res ubiq; gētium partim illiterati/partim lictera
tissimi cum presentē uitam dei unius futureq; ui
te gratia ꝓrsus cōtemnerent. Cōtra aristippicū
epicureum ꝙ uenenum medicinam hominibus
saluberrimam porrexerunt. Preterea iniquissi
me apud multas gētes leges extabāt. Perse ma
tres suas nephādis nuptiis cognoscebant: huma
nis scyte carnibus uescebantur. Cartaginēses ali
q; ꝑmulti homines immo & filios iugulatos de
monibus sacrificabant. Massagetæ ac derbices
ꝓpinquos & affines suos/cum cōsenuissēt imo
labant carnesq; eoꝝ epulabantur. Bactri canibus
adhoc ipsum nutritis senes obiciebant. Scytae
eos: qui adefunctis amati fuerant. uiuos ifodie
bant. Tibareni uiuos seniores suos precipitare/
hircani caspiiq; rapaci auium generi canibusq; ꝓi
cere soliti illi uiuos isti mortuos. Hæc & multa
generis eiusdē prius religiosissime faciebāt. So
la dei de christi discipuloꝝq; illius predicatione

undiqȝ truculētissima hec pestis expulsa: factū est etiam ut pauciores uel corripiātur ademoni bus: uel ase ipsis interimantur. Iudei āte christi aduentum (ut plurimum) legis mosaice ꝓphe tarꝫqȝ suoꝫ solam supfici em attingebant. Cri stus autem eiusqȝ discipuli pfectissime docue runt/ ꝓfundos diuine mentis sēseis/ liceis: imo diuinis oculis penetrare: quod etiā iudeus philo testatur: ubi decōtemplatione disputans cōmē dat acumen & sāctimoniā christianoꝫ. Prisca gē tilium theologia iqua zoroaster: mercurius: or pheus aglaophemus pythagoras cōsenserunt/ tota inplatonis nostri uoluminibus continetur Misteria huiusmodi plato iepistolis uaticinatᷣ tandem post multa secula hominibus manife sta fieri posse. Quod quidem ita cōtigit: nam philonis numeniiqȝ temporibus primum cepit mens priscoꝫ theologoꝫ implatonicis cartis in telligi: uidelicet statim post apostoloꝫ aposto licoꝫqȝ discipuloꝫ cōtiones & scripta. Diuino enim christianoꝫ lumine usi sunt platonici addi uinum platonem iterpetrandum. Hinc ē ꝙ ma gnus basilius & augustinus ꝓbant platonicos io hannis euangelistꝫ misteria sibi usurpauisse. Ego certe repperi precipua numenii/philonis: ploti ni iamblici ꝓculi misteria abiohanne paulo: ye

rotheo/dionisio ariopagita acepta fuisse. Quic quid enim demente diuina angelisq; & ceteris adtheologiam spectãtibus magnificum dixere manifeste abillis usurpauerunt.

Capitulum uigesimũ tertium Christus ẽ idea & exemplar uirtutum.

q VID aliud christus fuit? nisi liber quidam moralis/imo diuine philosophie uiuens/decelo missus & diuina ipsa idea uirtutum/humanis oculis manifesta. Huc igit̃ omnes huc iq̃ flectamus oculos atq; mentem hic ueram sapiẽtiam nos docebit: qui rudes olĩ homunculos subito reddidit sapiẽtes. Hic rectã iustitiam: qui nihil possedit ꝓprium atq; quod suum ẽ deo & hominibus tribuit: deo quidẽ paternam & pluſq̃ paternam uenerationẽ/hominibus uero fraternam beniuolentiam atq; curã hic magnanimitatem fortitudinemq; prestãtissimam: qui nihil interris cõcupiuit tanquã magnum: nihil timuit tanquam durum /hic tempantiam singularem inquo uix primi animi motus & illi quidem remissi & decẽtes apparuerũt Hic mansuetudinem incredibilem qua supbiam societatis humane pestem penitus expellamus Quis enĩ mansuetior illo qui cum summus omnium esset se infimis adequauit. Hic ardẽtissimã

iomnes homines caritatem: qui nō sibi tantum
uerum etiam toti hominum generi uixitqui &
mortuus est libenter ut ceteros amorte redime
ret. Hic & cōtemplandi & agendi regulam pfec
tissimam/ qui sepe curandis hominum erroribus
atq; morbis sepissime rebus diuinis cōtemplan
dis incubuit/ huius uite testes nobis sunt scripto
res quidem abinitio plures/ omniumq; grauissi
mi. Imitatores uero ꝙ plurimi & mundus deni
q; uniuersus. Ostendit se christus/ publice ho
minibus breue tempus. Nōenim quo adillum
decebat ultra & illud nobis sufficiebat tot uero
patrauit miracula ut iohannes dicat si scriberem
tur singulati ne mundum quidem ipsum libros
capere posse. Vitam eius ut pote celeberrimā
cunctisq; mirabilem pluresꝙ quatuordeci scrip
sisse traduntur. Soli tamen illi inusu sunt aut ali
quando fuerunt: qui nō humana/ sed diuina scrip
sere manu. Quales sūt/ matheus/ marcus/ lucas
iohannes matheus hebraice scrpsit cuius testum
hebraicum hieronymus inquit temporibus suis
imbiblioteca pamphili extare: sibi etiam factā
fuisse transcribendi illius facultatē anazareis qui
inbersabe & psirīā hoc uolumine utebantur. Pā
thenus etiam stoicus christi martir/ cum usq; ad
indiam interiorem christi uerba predicando pe

netrauisset/inuenit ibi: tum bartolomei aposto li semina/tum etiam mathei hebraicum euange lium secumq; attulit: hæc eusebius. Reliqui tres qui dicuntur euangelistæ grece scripserunt. Le gebatur quoq; apud antiquos christianos quin ti euangeliste euangelium: quod secundum he breos appellabatur: probatum satis abignatio ac origene & abhieronimo exebraica lingua in grecam latinamq; cōuersum: hec abhieronimo Atq; inhoc uel maxime christiana elucet ueri tas/q· christianoꝝ cetus abipso exordio haud te mere quoslibet scriptores admictit sed sanctos simplices: sobrios & ꝙ electissimos. Qui uero exprimis illis impretio sunt partim christum ip sum: partim eius discipulos audiuerunt: qui & si diuersis liguis temporibus locis scripserunt & alter alterius scripta nō uiderunt: nisi forte io hannes eadem tamen ubiq; duce ueritate cōfir mauerunt. Apparet interdum inillis quasi disso na quedam inrebus minimis dissimilitudo num ꝙ re ueracōtrarietas. Vnde simpliciter uidetur alter seorsum abaltero historiā cōscripsisse: nul lus tamen hoꝝ seorsum aueritate. Miracula ue rō tam multa: tam magna tam publica tot an nos iniudea & ierusalem ubi facta dicuntur pre dicauerūt/ut cōstet illos uerissima predicauisse

Quonam pacto falsa asseuerando obtinere inre tam ardua iter homines eruditissimos potuissēt Vnde nam admirationi essent: si pugnantia iter se dixissēt? nisi duces ille re uera iuicē cōuenissēt christianum regnum fuisset subito dissipatum Euāgelistæ & apostoli dechristi uita doctrinaq; comuniter multa dixerunt & quisq; ꝓprium ali quid inmedium attulit. Siue enim quilibet uni uersa dixisset/superfluus uideretur numerus cæ teroꝶ: siue singuli quedam solum atq; noua/cō tinuatio & auctoritas historie tolleret̄. Certe id quod mirum est talia sunt mathei: marci: luce iohannis/petri/pauli/iacobi /iude scripta ut inre bus principalibus plures testes adsint. Ac si te stes omnes audiamus nihil sup̄flue & importu ne repetitum uideamur audisse.

Capitulum uigesimum quartum Auctori tas sibillarum.

u ARRO philosophus inlibris diuinaꝶ reꝶ/decem sibillaꝶ nomina/tempora pa trias diligenter cōmemorat: atq; ad id scriptores multos testes adducit. Affirmat pre terea libros sibyllinos fuisse apud romanos insa crario cōditos ubi aquindecim uiris & quibusdā sacerdotibus adhoc destinatis custodiebantur Addit liuius romanos sex libros illos cumee re

gnante tarquino aquadam anicula cócrematos restituisse exaliarum sibillarum uersibus: quos missis porbem legatis diligétissime collegerunt. Tres igitur libri apud eos erant cumee/reliqui aliarum. Hi uero libri nullo titulo seu nomine cuius harũ essent discernebãtur/preter q̃ erithẽe quæ carmini nomen suum inseruit/carmina hæc romani derebus maximis cõsulebant: neq; cuilibet licebat aspicere. Maroni tamẽ augusti. Lactantio cõstantini familiaritate legere pmissũ existimo aliisq; nõnullis magnis doctisq; uiris imperatore interdum & custodibus cõcedentibus. Lactantius ergo cõstantini familiaris testimonia sibillarum quæ dechristo adducit exearum libris qui tunc extabant: roma nõ dum aquoq̃ expoliata accipere potuit: scripsit autem illa ad cõstãtinũ. Nõ igitur illi mẽtiri licebat uel docto iperatorẽ uel ceteris eruditis: quibus tũc tã italia q̃ grecia abundabat/ac nõ nulli adhuc christianos scriptores uel inminimis grauiter calũniabãtur. Nõ ne uirgilius ieisdẽ sibillarum libris legit quæ pphete & euãgeliste dechristo locuntur & quod maximũ ẽ cõgnouit cumee sibille pmissa extestu ut opinor sibille ipsius illis cõuenire tẽporibus inquibus natus est yhesus: quamuis ille ut polioni adularetur adeius filium nup natum

nomine saloninũ oracula sibille torqueret: quo
rum nihil salonino qui puer obiit/neq; egit quic
quam cõgrũe potuit: cõgruit autem quicquid
ibi legit yhesu qui temporibus illis est ortus
Sed quid illic uirgilius reperit (TALI uideli
cet quodam tẽpore) quale illud fuit (FORE
ut iipsa ultima expectationis etate magnus qui
dam ordo nasceretur abintegro seculorũ euo de
pendens). i. æternus filius abetherno patre de
pendens aliquando etiam nasceretur itempore
Quando silicet (VIRGO floreret/aurea redi
ret etas (i. exuirgine filius pulularet & etas ueræ
beate ꝓ doctrine uigeret (AC noua ꝓgenies ce
lo demicteretur abalto) Hec uerba exponũt ã
tecedentia. Cognoscimus enim sibillam exuir
gine puerum illum nasciturum prenumptiasse
quoniam adiunxit eam esse ꝓgeniem nouam. i/
nouo modo nascẽtem: neq; exterra sed excelo
/i/deo inquo erat abæuo ꝓficiscẽtem carmina ip
sa uirgilii huiusmodi sunt (VLTIMA cumei
uenit iam carminis etas. Magnus abintegro se
culorũ nascitur ordo. Iam redit & uirgo redeũt
saturnia regna: Iam noua ꝓgenies celo demicti
tur alto) Arbitror equidẽ uirgilium huiusmo
di carmina extalibus sibille uerbis qualia paulo ã
te narraui cõtexuisse: subiungit uirgilius que a

pud sibyllam legisse opinor silicet (EO nascen
te ferream etatem iauream redituram /atq; co
tempore decus eui futurum) Totum hoc ad
purgationem animorum doctrinamq; christi perti
nere uidet (ET VESTIGIA prisce fraudis ir
rita fore) Legerat puto apud sybillā. TVNC
originalem culpam quam abinitio diabolica frau
de cōcepimus deleri debere. ipse tamē cum mi
steria huiusmodi nequaquam intelligeret uer
ba sybille ita carmine cōponebat /ut alium quē
dam sensum preferre uiderentur: subiungit ma
ro: QVOD huiusmodi progenies deum uitam
accipiet: diuisq; uidebit permixtos heroas & ipse
uidebitur illis /pacatumq; reget patriis uirtuti
bus orbem. Videtur ibi legisse PROLEM il
lam fore deum deo natum /dei patris uirtute
uniuersum mundum gubernaturum & iudicatu
rum nihilq; diuinorum sibi fore secretum /ipsumq;
angelos omnes ministros habiturum. Addit po
eta EODEM tempore casurum serpentem &
fallacem ueneni herbā: Et post multa adicit:
PAVCA tamen suberunt prisce uestigia frau
dis. Quo sēsu hec uirgilius scripserit nescio: satis
est nobis quod habuit a sybilla quam nequaquam itelli
gebat opa plis illius. SERPENTEM .i. ma
lum demonem ruiturum. DOMANDAM

q; fore erbam uenenosam atq; fallacem : i. demo
num ui que ante christum homines falsa religio
ne quasi uera fallebat & abinitio illos serpentis
habitu & plante cuiusdã occasione deceperat. Tẽ
tat demon aduc animas post christum / licet nõ
ita consequatur ut ante & obhoc dictum fuit :
SVPER fore pauca fraudis uestigia Porphirius
etiam cõfitetur mortales a malignis demonibus
inscelera falsasq; religiones induci consueuisse
idq; diligenter i libro deastinentia disputat. Pre
terea progeniem illam uirgilius sic alloquitur
AGGREDERE o magnos aderit iam tempus
honores Cara deum soboles magnum iouis in
crementum . Credo poetam habuisse acumea
hominẽ illum expectatissimũ (SOBOLEM
dei fore nõ uiri) & id quo nihil maius exprimi
potest (MAGNVM dei incrementum fore
. i. ꝑpaginem dei æthernam ꝑpagationemq; ip
sius usq; adtemporalia atq; sẽsum / ꝑquam dei
regnum id ẽ beatorum numerus cresceret : tan
tam fuisse scio imarone prudentiam & modesti
am ut existimare nequeam eum tam uasta hyp
bole erga infantem filium priuati ciuis pollio
nis usurum fuisse / nisi talia quædam supra modũ
ingentissima a sibillinis carminibus hausisset. Sy
billa etiam desimplici homine qui nõ esset deus

tam miranda nequaquam ꝓnumptiasset/sed au
di quam superbam uirgilius adiungat hyꝑbolē
ASPICE conuexo nutantem pondere mundū
Terrasq; tractusq; mariscelumq; ꝓfundum. As
pice uenturo letentur ut omnia seclo Forte sy
billa scripserat (SOBOLEM illam dei abele
mentis celisq; honorandam) honorauit autem
yhesum celum eclypsi/aerignisq; crinite fulgo
re: aqua cum dictis eius paruit pedesq; substinu
it: terra motu cum sub tyberio imperante cruci
affixus fuit. Postremo exclamat poeta: quam
uis quid petat ignoret (O MIHI tum longe
maneat pars ultima uite) Forte sybilla quod &
ꝓphete optauerūt/diem christi uidere optabat
ac tum primum uita decedere/quod cum simeō
optasset diu/fuissetq; insenio cōsecutus excla
mauit. Nunc dimictis seruum tuum domine se
cundum uerbum tuum inpace: Quia uiderunt
oculi mei salutare tuum & que secuntur.

Capitulum uigesimum quitum Testimonia
sybillaꝝ dechristo:

IBROS sibyllinos sicut insuperioribus
diximus senatus romanus habebat. In il
lis lactantius imperatoris cōstantini fa
miliaris quedam legit māifeste adchristum dei
filium pertinentia. Primum quidē illud erithee

ubi deum predicat nutritorem omnium creatoremq; : qui dulcem spiritum omnibus tri tribuit ac principem omnium deorum fecit. Rursusq; ait: ipsum dedit deus fidelibus hominibus honorandum. Et alia sybilla precepit hunc opportere cognosci dicens. Ipsum tuum cognosce deum qui dei filius ē. Hoc est quod legitur apud dauidem. Dixit dominus domino meo sede adextris meis. Item: exutero ante luciferū genui te. Item dixit dominus adme filius meus es tu/ego hodie genui te. & apud salomonem Deus cōdidit me inuiarum suarum initio inopera sua ante secula: fundauit me inprincipio anteq̄ terram faceret: & paulopost cum pararet celos aderam illi/ & reliqua. Collegit preterea lactantius dechristi operibus & morte exsibyllinis libris talia. Mortuorum resurrectio erit: claudorum cursus uelox/surdus audiet: ceci uidebunt: loquentur nō loquentes. Quod etiam ita cecinit isaias: cōfortamini manus resolute: genua debilia cōsolamini: qui estis pusilli animi nolite timere nolite metuere: dominus noster iudicium retribuet/ipse ueniet & saluos faciet nos: tunc aperientur oculi cecorum & aures surdorum audient tunc saliet claudus sicut ceruus: & plana erit lingua mutorum quia rupta ē indeserto aqua & riuus

ĩterra ſitienti: quod baptiſmi tempus ſignificat Verum ſequamur quod collegit lactantius ex ſibyllis: Panibus ſimul quinq; & piſcibus duobus hominum quinq; milia inheremo ſatiabit & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in ſpem multorum. Vētos compeſcet uerbo. Sternet inſanum mare pedibus pacis: fideq; calcans fluctus perambulabit. morbos hominum reſoluet. Viuificabit mortuos/arcebit dolores amultis: omnia uerbo agens/omnem infirmitatem curans Miſerabilis ignominioſus informis ut ſpē miſerabilibus prebeat inmanus infideliū iniquas ueniet & dabūt deo alapas manibus inceſtis & ĩpuro ore expuent uenenata ſputa. Dabit uero aduerbera ſimpliciter ſanctū dorſum & colaphos accipiens tacebit: nequis agnoſcat quod uerbum uel unde uenit ut mortuis loquatur & corona ſpinea coronabitur. Adcibum autem fel & adſitim acetum dederunt. Inhoſpitalitatis hanc mō ſtrabunt menſam: ipſa enim iſipiens gens tuum deum nō intellexiſti ludentem mortalium mē tibus/ſed ſpinis coronaſti & horridum fel miſcuiſti/Templi uero uelum ſcindetur & mediodie nox erit/tenebroſa nimis tribus oris & mortis fatum finiet. Tribus diebus ſomno ſuſcepto & tūc a mortuis regreſſus/adlucem ueniet primus reſu

rectionis principio uocatis ostenso. Quando hæc pfecta erunt: que dixi inipsum omnis lex soluetur. Item alibi dicitur a sibylla iudeorum beatum futurum genus celestium uidelicet propter excellentiam christi cuius gratia multi iudei ipsi adherentes diuini ante alios euaserunt Adiunxit erythrea Dicent sibillam insanam & mendacem: Cum autem facta fuerit uniuersa tum mei meminerint: neq; me iam quisq͂ mendacem dicet/dei magni pphetã. Adducit Aurelius Augustinus multa erythree sibille carmina inlatinam linguam translata que uidit greca apud flaccianum pcõsulem uirum doctrina clarissimum: inquoꝝ capitibus talis erat ordo literaꝝ ut hec iillis uerba legerẽt ihesus christus dei filius saluator: inillis carminibus resurrexio corporum describitur/mutatio seculoꝝ/dei aduentus adiudicandum/premia & supplicia hominum sempiterna. Talia quedam leguntur etiã apud mercurium trismegistrum: Plato quoq; interrogatus quatenus inpreceptis eius quiescẽdum esset traditur respondisse quatenus interris appareat sacratior aliquis/qui fõtẽ omnibus ueritatis aperiat: quem deniq; sequant omnes.

Capitulum uigesimum sextum De auctoritate prophetaꝝ. Nobilitate ueteris testamenti

excellentia noui.

DIONISIVS ariopagita ad sapientē polycarpum scribit p̄sas babillonios egiptios in ānalibus suis adnotauisse tanq̄ miracula & quasi diuina in sacris suis coluisse accolere ꝓdigia illa q̄ hebrei de statu regressioneq; celestium adeo facta p suos narrarunt. Plato solis retrogressionem & illuuionem aque ignisue uastationem nō tacuit. Abiosepho Aristobulo Tertulliano Eusebio testes adhæc gentilium multi citantur: Berosus silicet caldeus Manetus egiptius Hieronimus phenicis tirii rex. Mēdesius ptolemaeus Menander ephesius Demetrius phalerius/ Rex iuba Thallus appion Nicholaus molus: Damascenus/ Hesiodus: Ecateus. Elanicus. Acusilaus. Ephorus/ Theophilus Manesses: Aristophanes/ Hermogenes. Euemerus Comon/ Sophirus. Abidenus. Esticus Sibilla/ Eupolemō. Alexāder/ Artapanus/ Melō/ Theodorus: Philō/ gentilis Aristeus: Ezechielus: Timochares: Polyhistor. Numenius Chorilus: Sachoniato: Africanus. Alpheus Megastenes. Hi singuli ferme singula: cuncti certe cuncta quæ ptinent ad antiquitatem ceteris priorem mirabilia gesta doctrinam summā hebreoꝝ & miracula biblie cōfirmarunt. Ex qui

bus apparet quod Clemens Alexandrinus & atticus platonicus & Eusebius & Aristobolus probant gentiles uidelicet siqua habuerunt egregia dogmata & misteria aiudeis usurpauisse: sed que apud illos historia simplici cōtinentur abiis ipoeticas fabulas fuisse translata: quod phetontis ruina deucalionq; declarat: ceteraq; ꝙ plurima. Plato usq; adeo iudeos inmitatus ē ut Numenius pithagoricus dixerit Platonem nihil aliud fuisse/ ꝙ Moysen actica lingua loquentem: addit inlibro debono Pithagoram quoq; iudaica dogmata sectatum fuisse. Plato iepinomide scientiaꝝ causam inquit fuisse barbarum quemdā qui primus hec inuenit: post addit abegiptiis siriisq; cuncta manasse. Iudea uero exquadam sui parte quam galileam Plinius uocat: semꝑ insyria ascriptoribus habita ē & exparte quadā phenicia etiam apudpriscos appellatur/ ut Eusebius ꝓbat: Proculusquoq; platonicus theologiam syrianam pheniciamq; ante alias ueneratur. Plinius ait phenices licteraꝝ & astrologie inuentores fuisse/ qui etiam caldeos laudant/ iudeos qui & caldei nominati sunt/ ut ꝓbat Lactantius: uidentur extollere/ Obhanc ut arbitror rationē Orpheus inquit deum soli caldeo cuidam notū fuisse Enoch/ uel Abram: uel Moysen significās

Volunt platonici Zoroastrem aborpheo sign
ificari. Hic autem ut uult dydimus ingenesis
comētariis/filius fuit Chan Noe filii & abhebre
is appellatus chanaham qui ut Eusebius ꝓbat
tempore abrae adhuc uiuebat. Meminisse debe
mus iudeoꝝ dotes laude sꝗ transire adegiptios
facile potuisse uicini eni sēpꝗ ꝑmisti erant. Ale
xander Eupolemōq; scribunt Abraam sanctita
te sapientiaq; fuisse omnium prestantissimum
hunc docuisse astrologiam caldeos primum dei
de phenices / demum egiptios sacerdotes solitū
q; dicere eam se habuisse asuccessoribus Enoch
qui eius iuentor extiterit & Athlas fuerit nomi
natus. Iulius firmius astronomus habraham ob
mirabilem sapientiam diuinum appellat. Arta
panus quecunq; de Mercurio trismegisto dicū
tur: ostendit fuisse inmoyse & amoyse gesta eē
q; mercurium ipsum fuisse. apellatum insuꝑ es
se Museū. Quod autēa Moyse gentilium doc
trina habuerit incremētum nō diffidet qui Por
phirium audiet dicentem. Moysen antiqui sa
coniatonis testimonio ante primos grecorum
philosophos annis mille quingētisq; fuisse: Por
phiriusq; idem ilibro derespōsis adducit appolli
nis oraculum inquo cōtinet q inclita ualdeq; sāc
ta gens hebrea preceteris nouit/ recepit & tradi

dit ueram sapientiam: optimum dei cultum ui
tamq; beatam. Preterea in libro de abstinentia
religiosos quosdam philosophosq; iudeorum quos
esseos uocant/tantis ꝓsequitur laudibus: ut eos
āte alios omnes & ꝓphetas & sanctos & diuinos
ostendat. Ad idē utitur etiam testimonio theo
frastri ꝑipatetici dicentis/eos ieiunio orationiq;
assidue operam dare/antiquosq; iudeos natura
philosophos esse/nec inmerito. Libri enī sibilli
ni iudeorum genus celeste beatumq; appellaue
runt: Clearcus ꝑipateticus scribit Aristotelem
fuisse iudeum. Calanosquoq; philosophos apud idos
iudeos fuisse. Megastenes isuper brachmanas
indie philosophos a iudeis asserit descēdisse. Am
brosius si recte memini pythagorā patre iudeo
natum ostendit. Micto q̄ iudeorum antiquitatē
sapientiamq; strabo. Iustinus/Plinius: Corne
lius: Tacitus tacere nō potuerunt: Nō igitur
paruifacienda ē antiquitas iudeorum quorum scrip
ta nō esse a gentilibus cōtempta/immo usurpa
ta fuisse ex eo cōicimus q̄d Aristobolus probat
uolumina Moysi ante Alexandrum & ante psa
rum imperium in grecam linguam fuisse traduc
ta: totam uero bibliā Ptolomeo philadelpho
regnāte. Ad quam quidem traductionem ut te
statur Aristeus qui interfuit regem induxit De

metrius phalereus peripateticus/qui in epistola
ad regem ipsum inquit se legisse quedam iudeo
rum uolumina iam diu traducta tante certe ad
mirationis ut itegra & diuina sola legum sactio
iudaica uideatur/idem de ea lege Ecateus abde
rita cōfirmat. Cur inumerabilibus pene mune
ribus eam traductionem Ptolomeus emit? cur
tanto honore translatores & pōtificem postꝗ
traduxerunt affecit? qui hoc ambigit aristeum
legat & Iosephum: Nihil supra. Dic amabo/qua
lem putas fuisse Ierosolimam iqua duos & sep
tuaginta uiros ex aliorꝫ numero elegit/pōtifex
prestantissimos: ebraice græceq; lingue adpri
me peritos merito plinius ierosolimam urbem
preclarissimam urbium omnium orientis appel
lat: amplissimamquoq; munitissimamq; fuisse
Aristeus Ecateusq; philosophus copiosissime
narrauerunt/adeo uero capacem fuisse mōstrat
Iosephus atq; Eusebius ut i obsidione a romanis
facta supra undecies cētena milia iudeorꝫ i ea ur
be perierint: preterea ultra nonagita milia ue
nundata fuerint: Verum nō erat ꝑpositum no
strum de terrenis urbis illius/sed de celestibus
dotibus disputare. Quod quidē si quis cognosce
re uult nō modo que supra narrauimus cogitet/
uerum etiam & multo magis eorꝫ scripta legat

g

atq; relegat/reperiet tandem quam grauis sit aucto
ritas prophetarum: quorum legibus oraculisq; tot
seculis credunt & parent/ iudei christiani maume
thēses/ & ut sūmatim dicam omnes quas terra
substinet nationes. Tantum uero superat cristi
ana doctrina mosaicam. quantum ciuilem uirtu
tem superat purgatoria: Discurrit ineuangeliis
cristus pomnes uitiorū spinas/& quas inætate il
la magis inculta Moyses amputauerat (Talē
enim seruare ordinem decuit) eas ipse prīus ex
tirpat. Vbi eum qui adulterium homicidiumq;
cogitat/adulterumiā homicidāq; denumptiat
Neq; dentem unum puno dente extrahi gratia
uindicte permictit ulterius/sed percutiendi ge
nam alteram mansuete iubet offerri. bonaq; p
malis retribui: Si te turbat inquit oculus tuus
aut dextera crue atq; ascinde. i. primum ipsum
adlasciuiam uel uindictam icitamentumq; pror
sus extingue. Sunt & alia multa generis eiusdē
exquibus apparet testamentum nouum esse ab
solutum finem ueteris testamenti: tantoq; pre
stantius illo/quantum ea que sunt adfinem finis
excedit.

CAPITVLVM VIGESIMVM SEPTIMVM TESTIMONIA PROPHETARVM DECHRISTO.

CRVTAMINI scripturas/ i quibus ui
S tam etærnam putatis habere: ille sunt
que testimonium deme perhibēt . Hac
uoce apud Iohannem aduersum iudeos maxima
fiducia yhesus noster exclamat: ut pote qui sci
at testimonia diuinitatis sue ꝙ plurima queren
tibus nō defutura. Sed admonet ut nō tam cor
tices diuinoꝝ oraculorum attingant quam me
dullas perscruptari conent̄ /nam apud ꝓphetā
deus predixerat. Aperiam im pabolis os meū
eruptabo a bscōdita acōstiutione mūdi. Iudei du
plex habent ab antiquis sacrarum licteraꝝ uolu
men: alterum quidem hebraicis licteris & ora
tione hebraica: alterum caldea oratione/ sed he
braicis licteris scriptum: & ut test tur rabi salo
mon & rabi Moyses egiptius caldeo testui nul
lus ūquam est ausus contradicere: utriusq; igitur
apud illos par auctoritas/ sententia quoq; eadē
Sed quod in altero breuius uel obscurius est/ in
altero sepe latius atq; clarius. Eadem ratio est
sacrarum apud nos licteraꝝ: quas a septuaginta
duobus iudeis in grecam linguam & ab Hieroni
mo rursus ex ebrea & greca in latinam translatas
habemus. Sed audiamus iam testimonia pro
phetarum.

IEREMIAS: Ecce dies ueniunt dicit domi

nus & suscitabo dauid germen iustum & regnabit rex & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra & paulo post. Et hoc ē nomen quo uocabunt eum dominus iustus noster: ubi hebraice dicit̃ (DAVID) caldaice habet̃ (MESSIAM) cum dicit (ECCE dies ueniunt) ostendit absq; diuturna mora post Ieremiam uenturum fore messiam: quod quidem falsum esset / si aduc uenturus esset. Aperit preterea messiam fore deum : nam ubi translatio dicit dominus hebrei habent nomen illud tetagramaton: id ē quatuor litterarum: quod preceteris diuinis nominibus adeo apud eos ē uenerandum ut nulli creature cōueniat de quo late disputat Moyses egiptius in libro de directione. unde Abba iudeus libro tren ubi queritur quod sit messie nomē respōdet. Adonay ē nomen eius ponens ibi nomen illud mirabile tetragramaton & adducens illud Hyeremie: hoc ē nomen quo uocabunt eum: dominus iustus noster. Nō autem dicendum uocabit sed uocabunt: sic. n. caldea translatio & septuaginta iterpetres docuerunt.

ISAIAS. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis & factus est principatus eius sup humerum eius & uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius : deus fortis: pater futuri secu

li: princeps pacis/ hec hebraice caldeus illorum
textus habet. Infans datus ē nobis & recipiet su
p se legem adscrutandum eam & uocabitur no
men eius deante admirabilis consiliarius /deus
fortis permanens insecula seculorum Messias in
cuius diebus pax multiplicabitur. Ostēdit mes
siam deum fore regnum eius spiritale mundiq;
alterius. Venturum illum Octauiano imperan
te sub quo uniuersalis & diuturna pax fuit. Mo
narchia mūdi latissima felicissimaq; & orbis uni
uersi descriptio. Quod autem hec regi ezechiæ
accōmodari nō possunt patet: quia subdit mul
tiplicabitur eius imperium & pacis nō erit finis
Item sup solium dauid & su p regnum eius sede
bit ut confirmet illud & corroboret usq; insecu
lum. Hæc solum addiuinam animarum pacem
& imperium spiritale pertinere possunt. Vnde
Moyses egiptius ī epistola adafricanos exponit
demessia puero nato sex illa nomina.s. admira
bilis cōsiliarius. deus: fortis: pater futuri seculi
princeps pacis. Sed cur translatio septuaginta
loco sex uerboꝝ ponit solum magni consilii an
gelus? Quia cum diuina eloquia Ptolomeo gē
tili interpetrarent· sepe que adchristi diuinitatē
ptinent uel pretermiserunt uel mutauerunt: ne
forte ille putaret iudeos existimare messiam es

se deum inquātum homo & deum asummō deo diuersum duosq; deos esse: Sed christi diuinitatem hebraicus textus caldeusq; & translatio ex ebreo declarant: Deridendi uero sunt iudei quidam qui insuperioribus isaie uerbis dici uolunt uocabit potiusq̄ (VOCABITVR) Nam interpetres septuaginta (VOCABITVR) transtulerunt & caldea trāslatio mōstrat (VOCABITur: esse dicendum.

MICHEAS: Et tu bethleem eufrata nequaq̄ minima es īmilibus iuda: exte. n. egredietur qui sit dominator inisrael & egressus eius sicut abinitio exdiebus eternitatis. Caldeus textus post: EGREDIETVR: adiungit Messias Ostendit Messiam tanquam deum abæterno fuisse & tanquam hominem exbethleem egressurum. Quisquis ergo derege Ezechia puro homine & temporali hoc exponit manifeste delirat. Rabi autē Salomō Messie regi accōmodat

ZACHARIAS. Exulta satis filia sion: iubila filia ierusalem ecce rex tuus uenit tibi sanctus. ALITER iustus. & saluator ipse paup ascendens sup asinam & pullum eius & dispergam quadrigam & effraī & equum deierusalem & dissipabitur arcus belli & loquetur pacem gētibus & potestas eius a mari usq; ad mare & asluminibus

usq; adfines terre Rabi Salomō iudeus locum hunc exponens dicit uerba hec nō posse nisi de Messia rege intelligi: cui ceteri iudei cōsētiūt exquo patet messiam uenturum fuisse ierusalē tanq̄ inopem & sup asinum regnumq; illius nō fore terrenum & salutem abeo animarum potiusq̄ corporum & psolam sanctitatem immo & mortem. Adiungit enim Sacharias. Tu autem in sanguine testamenti tui misisti uictos tuos de lacu. i. antiquos exlimbo: talia uero desolo ihesu leguntur: quem quidem hominem fore ac deum Sacharias innuit quando dixit: eum pauperem sup asinam inbellemq; fore nullis armis sed sola pacis doctrina usurum & tamen saluatorem regemq; appellat ubiq; regrantem. Dei autem hoc offitium est.

IACOB: Ingenesi: Nō auferetur sceptrū de Iuda nec dux defemore eius donec ueniat: qui mictendus est & ipse erit expectatio gentiū ubi hebraicus textus habet (DVX) caldeus habet scriba defiliis filiorum eius. ubi hebraice dicit Qui: caldaice habetur (MESSIAS: ubi dicit & ipse erit & cetera. Hebraica ueritas habet ei gentes agregabuntur. Cōstat autem Iacob de Messie aduentu loqui sic enim caldeum declarat uolumen quod sequentes Moysesgerundē

sis & chalchadias & chanibis iudei de Messia illic uerba fieri confitentur. Iesum uero fuisse messiam cōstat: quia gentiles uocauit: saluauitq; sicut iudeos & abillis magis ē cultus: ac etiam quia circa illius tempora iudeoꝝ sceptrum est ablatum. Cumq; anni iam illinc usq; adnos mille quadringenti septuaginta quatuor preterierit nō dum potestas iudaica restituitur: Neq; fingere licet aniculis iudeoꝝ inbabillonia uel ultra mōtes caspios adhuc eis supesse regnum Nam cōtra omnis reclamat historia. quin etiā Moyses egyptius ceteriq; doctores hebreoꝝ affirmant: numꝗ licuisse uel licere posse cuiꝗ iudeo extra ꝓmissionisterram: quicquam īcausis criminalibus iudicare: qui ergo iudeis extra iudeam exulantibus regnum tribuit manifeste delirat: Audiamus.

OSEE: Vaticinium. Dies multōs sedebūt filii israel sine rege & sine pricipe & sine sacrifitio & sine altari: Talem esse presentem iudeorum cōdictionem uidemus deq; iis temporibus prōphetam fuisse locutum interpretes ꝓphetaꝝ omnes tam iudei quā christiani confirmant. Carere iudeos hōdie legiptimo sacrifitio patet quia lex eoꝝ sola illa iudeoꝝ sacrifitia probat: que īregione ꝓmissionis efficiantur. Obiciunt iudei

non nulli sceptrum de Iuda centum annis ante Iesum fuisse ablatum quando .s. in machabeos sacerdotes potestas rerū translata est. qui nō ex tribu iude: sed leui erant quod & Iosephus narrat: Ihesus autem natus ē herodis tempore qui machabeis dicitur sucessisse: Adhoc ē respōsio triplex: Prima quidem q̄ cum machabei extribu iude saltem secundum maternā lineam fuerint regnantibus illis nō fuit omnino sublata iude potestas: Secunda q̄ ꝓpheta Iacob non de tribu hac uel illa: sed de uniuerso populo iudaico intellexit. Tertia q̄ quemadmodum omnes iudeoꝝ doctores consentiunt: semꝑ fuit apud illos cōcilium quoddam septuaginta prudentū adquoꝝ iudicium rerum grauiorum sententie ꝑtinebant: Cōcilium hoc camedrim appellabant eratq; tanquam senatus & adherens uiuenti principi & defunto principe principis uicem gerens quod quidem ab ipso Moyse fuerat cōstitutū & in babillónica captiuitate assidebat iudeis ducibus iudeorum in babillonia & post reditum assidebat ducibus illis in patria. Durauit autem cōcilii huius auctoritas usq; ad regem herodem qui ex patre Idumeo & matre Arabe: ut iquit Iosephus. natus erat & regnum iudeorum a rōmanis accepit sub quo natus est Ihesus. Herodes

enim omnes illius collegii uiros iterfecit: illud q: cosilium substulit: quod & iudei cōfirmant i libro camedrim ierosolimitano & inlibro abo dazara: Tunc igitur ablatum fuit nō solum sce ptrum deiuda sed etiam scriba defiliis eius quod caldeus predixerat textus. Quamobrem quan do Herodes qui alienigena erat regnum assum psit & omnes insup quotcunq; reperire potuit exregia dauidis stirpe peremit/tunc ꝓprie iude orum regnum funditus ē sublatum: deniq; quā do cōcilium disperdit/tunc scriba defiliis iude sublatus existimatur. Scribit Eusebius uespasia num domitianumq; imperatores iussisseomnes qui exgenere dauidis essent interfici/ut nullus iudeorum regni reliquus foret. Nam & ipsi de aduentu christi formidabant sicut abinitio He rodes: Hec Eusebius accepit ab Esegippo.

AGEVS: Hec dicit dominus exercituum Aduc modicum unum & ego mouebo celum & terram mare & aridam & ueniet desideratus cunctis gentibus. Magna erit gloria domus istius nouissime/magisq; prime/MODICVM unum) significat nobis hodie iam pridem uenis se Messiam: MOVEBO celum: .s. peclipsi passionis ac etiam pstellam illam amagis uisam TERRAM: s. pterremotum impassione. Et

ante pterremotum illum quem Iosephus scri
bit regnante herode iniudea tam terribilem cō
tigisse/ut finitime gētes corruisse omnia iudee
oppida existimauerit. Nō ne tunc ubiqȝ terra
rum motus facti sunt? quādo yhesu nascēte uni
uersus orbis descriptus ē edicto Cesaris augusti
cogebantur enim omnes undiqȝ ĭpatriam redire
ubi siguli rite describerentur. Tunc etiam ob
factionem iude galilei contra romanos multis
cedibus turbatam iudeā Iosephus asserit (MA
RE.s.quādo christus mari imperauit & uentis
Quando subiungit templum secundum primo
felicius fore intelligit quia Messiam accipiet
nam inceteris omnibus uilius miserabiliusqȝ fuit
singula hec soli yhesu Nazareno conueniunt
presertim quia uenit gētilibus desideratus: ser
uauit enim gentiles magis quam iudeos: quoni
am abillis magis ē honoratus: Nō expectēt iu
dei tertii templi subnouo messia constructio
nem. Nam ageus templum secundum nouissi
mum appellauit.

MALACHIAS: Ecce micto angelum
meum qui preparabit uiam ante faciem meam
& statim ueniet adtemplum sanctum suum do
minator: quem uos queritis & āgelus testamē
ti quem uos uultis: ecce uenit dicit dominus

exercituum & quis substinebit diē introitus eius ECCE micto. & rursus ECCE uenit. declarat non tantam quantam iudei oppinātur dilationē sed citum messie aduētum. Non igitur adhuc ē uenturus. ANGELVM qui preparabit uiā. Ioannem baptistam preconem christi significat ANTE faciem meam. Ostēdit Ioannem baptistam ante christum predicaturum & christum ipsum esse deum: deus enim ipse qui loquitur faciem christi faciē suā appellat (ANGELVS testamenti) Numptium noui testamenti messiam demōstrat (ET quis substinebit: Ambiguitatem designat icognitione messie multoꝝ q; ptinaciam. Adde iudeorum ruinā idolatrie casū

ISAIAS. Vox clamantis indeserto parate uiam domini rectas facite semitas eius. Omnis uallis īplebitur & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta & aspera inuias planas & uidebit omnis caro salutare dei nostri Hec ferme supioribus similia sunt & manifesta.

DANIEL: Septuaginta epdomodæ abreuiate aliter decisæ sunt sup populum tuum & sup urbem tuam sanctam ut cōsumetur preuaricatio & finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna & impleatur uisio & ꝓphetia & ungatur sanctus sanctoꝝ

Moyses tyronēsis & Hyōces & Dauid chadias q; & habraam iudei sic Danielem exposuerunt ut anni quadringenti ac nonaginta fluerent a de structione primi templi ad templi secūdi destructionem : & circa huius tēporis finem messias nasceret᷑ : Nicolaus. quoq; lyrensis epdomodas ita conputat ut in illis passus fuerit christus talē quoq; probat fuisse danielis itentionem . Barachias iudeus in libro de ordine mundi exponit illud isaiæ: Proxima est salus mea adueniēdum : & iustitia mea ad reuelādū ubi particulā illam iustitia mea dicit significare messiā illū de quo daniel dixit ut adducat᷑ iustitia sempiterna Similiter Moises gerundēsis uerba supiora Danieli ab āgelo dicta exponēs ita dicit. Iustitia sēpiterna & sanctuariū sāctuariorꝝ uel sāctus sanctorꝝ nō nisi ipse Messias ē sāctificatus ex filiis dauid: hec ille. Et merito cecinit enim Dauid orietur idiebus eius iustitia. Et Hieremias hoc ē nomē quo uocabunt eum dominus iustus noster: Nempe deleuit yhesus originalis preuaricationis pnitiē & gratiam iustitiamq; tribuit euāgelicam : Sed ne liceat cuiq; figere Danielis epdomodas uel mēsiū uel cētenariorꝝ millenariorum ue seculorū septenarios numeros esse meminisse oportet i libro quodam iudeorum de ordine mundi

apparere omnes eorum scriptores i hoc conue
nire ut ille ãnoꝝ solũ epdomodæ sit. idẽ testat᷑
Salomõ & Moises gerũdẽsis icomẽtariis danie
lis Confitẽtes sacrifitiũ iudaicũ i ultima illaꝝ eb
domodaꝝ i excidio ierusalem aromanis fuisse su
blatũ atq; ipse salomon epdomodas danielis fi
niri asserit itẽpli secũdi destructione Predicit᷑
certe adaniele uel i fine epdomodaꝝ illaꝝ uel sal
tẽ post sexagita duas epdomodas illud fore. Sic
.n. adaniele predicit᷑ & post epdomodas septẽ
& sexagita duas iteribit. christus aliter chrisma
.i. ũctio sacerdotũ & iuditium non erit i eo.
templum & sanctum corrumpet populus duce
ueniente & finis huius uastitas: Certe ut testa
tur Iosephus post herodem/sacerdotes nequa
quam ex successione sacerdotalis generis uel per
petuitate uitæ secundum legem Moysi consti
tuebantur. Sed quilibet etiam ignobilissimi si
gulis annis sacerdotium aprincipe uel romanis
emebant. Quidam cum ueras christianoꝝ ratio
nes hoc in loco aliter deuitare nõ possint/danie
lem hic errasse aiunt cetera ubiq; bene dixisse
sed huiusmodi hõmunculi relinquendi sunt᷑: tã
ꝙ qui sibi ipsi repugnent atq; hic & alibi semꝑ
errent. Sunt eni inter illos qui yhesu tempora
cunctis notissima audeant ꝑmutare: quos ar

guit Iosephus ubi / de yesu temporibus scribit &
ubi inquit duodecimo tiberii cesaris anno pōti
um pilatum iudeæ ꝓcuratiōnē suscepisse: Ibiq́ꝫ
decem ānos cōtinuos ꝑmāsisse Cornelius uero
tacitus gentilis ait christum occisum fuisse per
pontium pilatum ꝓcuratorem iudeæ imperante
Tyberio. Ceterum ut rem omnem iordi
nem redigamus: multę fuerūt inter talmuticos
.i. canonicos iudeoꝝ interpetres de aduētu mes
sie opiniones. Prima Hyocis qui in libro ceder
lophan .i. de ordine mundi terminum septuagi
ta ebdomodarum exposuit quemadmodum su
pra diximus: Secunda habaquibe qui Danielis
secutus computationem in destructione templi
secundi uenturum messiam existimabat. Ideoq́ꝫ
sectatus est fatuum quendam & bellicosum ho
minem nomine Vētozarā tunc dicētem se esse
Messiam quem maxima iudeoꝝ turba post ān
os ab excidio Ierusalē ut ipsi aiunt octo & qua
dragita secuta ē: Igit᷑ pene ōnes cōgregati in op
pido bitera romanis rebellauerūt: Vtpote qui
ducis illius fortune armis q́ꝫ plurimū cōfidebāt
Sed adrianus īpator urbe obsessa uētozarā una cum
ōnibus sectatoribus interfecit: hec ōnia iudei i
libro demay habēt: Tertiā iudei oppinionē ac
cipiūt a libro iudicum ordinarioꝝ qui nō parue

h

apud illos auctoritatis ē: ibi tractat̄ sex ānoꝝ mi
lia esse mūdi ætatē: duo quidē milia uanitati
uel uacuo tātumdē legi. tātumdē mæssie attri
bui. Aiūt autē hæc dicta fuisse adiscipulo quod-
ā heliæ filio sarrecte quē helias suscitauerat. At
uero secūdum hebraicam computationē ab ada
am ab abrabaā duo milia ānoꝝ fluxerūt qui āni
uanitatatis fuerūt: Ab hoc ad yhesū Nazaren
um milia quoq; duo qui fuerunt legis āni: āni
igit̄ qui yhesū secūt̄ amessia icepisse iudaica cō
putatione uident̄. preserti quia ī eo libro asseri
tur ab initio mundi ad messiam quatuor ānoꝝ
milia itercedere: secūdum uero hebreoꝝ oīnū
cōputatione hodie mūdus agit ānoꝝ quiq; mi
lia & ducentos īsup atq; trigita quatuor. Iādiu
igit̄ messias uenit Quarta oppiniofuit magni
cuiusdā uiri: quē rabi nominauerunt: qui ī libro
chamedrin ait ōnes terminos de aduētu messiæ
assignatos iam preterisse redemptionēq; īpenitē
tia sola cōsistere. hic ꝙuis fortasse de christiana
penitētia nō loqueret̄ ueritatē tamē quodāmo
do reticere nō potuit. eodē tēpore quidā huius
auctoritate fretus quia terminos ōnes preterisse
crederet exclamauit: Ve animabus messie termi
nos cōputātium. Quinta fuit chabadie. qui li
brō de credendis diligēti dinumeratione cōclu

sit quẽdam messiæ terminum: qui supra trecen
tos & quadragita ãnos iam preteriit. Sexta mo
ysi egiptii sũmæ apud iudeos auctoritatis uiri
qui ꝓuis ideuteronomio messiæ tempora iqui
ri ꝓhibeat tamẽ iquadam ad africanos iudeos
Epistola scribit se excertissima antiquoꝝ tradic
ione habere messiam nasciturꝝ esse anno amun
di exordio quater millesimo & isuꝑ quater cẽ
tesimo septuagesimo quarto hoc autem tẽpus
ex eoꝝ computatione septingentis sexaginta ã
nis nos antecessit. Septima moisy gerundensis:
qui icomentariis pentateuci messiam orituꝝ af
firmat ãno amundi creatione quiquies millesimo
centesimoq; & decimo octauo: cui cõsẽsit le
ui benguerson icõmentariis danielis. Sed hic ter
minus pluribus ꝗ cẽtum ãnis nos præcessit: fru
stra igit͛ expectant ulterius ~~ius~~ iudei messiam
Immo & quicunq; post yhesum expectauerũt
decepti sunt. Non enim cõsiderauerunt quod
alibi dixit Daniel indiebus regum istoꝝ suscita
bit deus celi regnum: quod ineternum nõ co
rrumpetur: Celeste. s. christi regnum. Dici
te queso iudei cur magi illi diuini Messiã uisuri
statim nato yhesu ~~ierosollimã~~ ꝓfecti sunt & he rodes sciscitatus alegis peritis Messie tempus
& patriam infãtes illos / filiumq; suum occidit & Ierusalẽ

quod testatur Macrobius & philosophus & gẽtilis nisi quia sapientibus ad messiam ꝑtinere locailla & tẽpora uidebãtur Vnde multi legis ꝑiti yhesum uiuentem tamq̃ numẽ uenerati sũt Natanael & nicodemus aliiq; quos iohãnes euãgelista pricipes nominat: qui propter iudeoꝝ metum clam illũ uenerabant̃. Cur multi circa yhesu tempora messiam se esse iactabãt licet ut iquit gamaliel tamq̃ falsi subito euanuerĩt: Iosephus narrat sub foelice ꝓcuratore iudeæ multos extitisse qui populũ sua ꝑsuasione decipẽt iter alios egyptiũ quẽdã pseudo prophetã qui plurimis sibi adiũctis i ipso magnaꝝ reꝝ conatu ꝑ exercitum phelicis oppressus fuerit hec actibus appostoloꝝ cõsentanea sunt. iquibus paulo dicitur atribuno: Non ne tu es egyptius qui hos dies excitasti & edusisti idesertum quatuor milia uiroꝝ tribunus cũ non cognosceret. Paulum suspicabat̃ ne forte esset egyptius ille Surrexit etiam ut lucas euangelista iquit Iosephusq; confirmat subCyrino syriæ preside iudas quidã galileus tempore conscriptionis census populumq; decepit: sed ipse paulo post & õnes qui sequebant̃ eum dispersi sunt: Talis etiam theodas fuit quidã de quo similia õnino scribunt lucas & iosephus. Talis simõ magus. preterea barechosidas

dequo Moyses egyptius iudeorum doctissimus
ilibro iudicũ iquit: achilayl præceteris iudeis sa
piẽs õnesq; eius tẽporis legis periti asserebant
Barcosibam ducem belicosissimũ esse messiam
quousq; ob eius scelera ab adriano est iterfectus
hec moyses De hoc etiã eusebius mẽtionẽ facit
Ariscopellei sequens historiam dicentis q exil
lo tempore õnis iudaica natio adriani decretis
etiam abaspetu iudeæ penitus arcebat̃ q̃ñ[illegible] iero
solimorum regio mutato nomine helia ab helio
adriano cognominata est Legitur autem intal
mut . i. peculiari iudeorum doctrina libro chame
dri ipsũ barchosibã ãnos trigita & dimidiũ regna
uisse solitũq; dicere se esse messiã atq; sapiẽtem a
chylaylem Barcosibæ consensisse: hæc ibi. Ne
cesse est autẽ barchosibam yhesu temporibus q̃
proximum exstitisse Quid igit̃ ulterius expeta
tis homines ptinacissimi: Cũ olim õnes uestri
generis sapientes yhesu seculũ ad christum spec
tare censuerint: Cur paulo post yhesum aroma
nis totiens miseri rebellastis nisi quia tũc finem
pphetarum pmissa iã habitura uobis õnibus uide
bat̃ ? testat̃ hoc suetonius gentilis percrebuerat
iquit / oriente toto uetus & cõstans oppinio esse
infatis ut eo tempore iudea pfecti rerum sũma
potirentur: atq; ob hoc iudeos rebellasse &

perisse ait nempe tunc expectabatis repẽte chri
stum quendam armatum ꝑpetuam mundi mo
narchiam inIudea stabiliturum. Quanto sapiẽti
or uobis uirgilius? qui uaticinia sybille de mũdi
rege temporibus yhesu congruere posse & cons
umari existimauit. Sed de hoc alias disputauim
us: scribit Iosephus ante ob sidionem ierusalem
oraculum quoddam insacris litteris repertum
quod ꝑidem tempus uirum de signaret ex eorũ re
gione processurum? qui totius orbis potiret̃ im
perio? Cuius oraculi præsagium quidam uespesi
anum declarare suspicat̃ Sed uespesianus non ali
is ꝙ̃ illis solis gentibus quæ romano imperio ui
debat̃ subdite: dominatus est. Vnde adchristũ
hæc oracula referant̃: adquem dixerat pater pe
te ame & dabo tibi gentes hereditatem tuam
& posessionẽ tuam terminos terræ & cuius ꝑidẽ
tempus perappostolos suos inomnem terram
sonus exierat ISAIAS. Dominus exercituum
est ipsum santificate ipse est pauor uester ipse est
terror uester/etipse erit nobis isanctificationem
& il apidem offensionis & petram scandali dua
bus domibus israel & ilaqueum & ruinam habi
tantibus ierusalem & offendent̃ exeis plurimi
Idem ponam insion lapidem offensionis & petr
am scandali & omnis qui crediderit ineum nõ cõfundet̃.

" Ex his patet q christus expectatus est deus atq; idē sāctas effecit credentiū animas & illius causa due domus israel casure erāt. s. domus regia & & domus sacerdotalis & q non omnes: sed plurimi pertinaces erant futuri & qui credituri erant cōfundi nō poterant: neq; licet exponere ut quidā puertunt DVAs domus. i. duos reges Cōsuetudo enim hebraicorum scriptorum est tota seriem sacerdotū domum unam sacerdotalem cognominare / totā quoq; seriem regū domum unam regiā. i. Dauidis domū.

HEREMIAS Cūq; multiplicati fuerint & creuerit in terra in diebus illis ait dominus / nō dicet ultra arcā testamēti domini neq; ascēdet super cor / neq; illius rector dabit' / neq; uisitabit' neq; fiet ultra silicet quia post messiā quod & mau methes eqū putat tā dignitates: q cerimoniæ testamēti ueteris cessauerūt neq; id quidē iiuria. imagines enim erant illæ futurorum sacramētorum: presente uero substātia quid est opus imagine

ISAIAS / āte q parturiret / peperit. Ante quā ueniret partus eius peperit masculum. Commētaria hebreorum ātiquissima sic exponunt. Ante quā natus fuisset ille qui iudeos in seruitutem ultimā redegit. i. Titus iā natus redēptor eorum fuerat. unde caldeus textus habet. Adhuc non erit

ei ueniens angustia & ad huc non ueniet ei tre
mor cum doloribus ꝓpter partum reuelabitur
messias. i hoc ipso caldeo textu hebreus ioathas
inquit. Ante quam ueniret ei āgustia salua facta
est & ante quam uenirēt ei dolores partus messi
as reuelatus est. Similiter affirmat ibidem sapi
ens samuel. Ex iis omnibus apparet messiam
ante destructionem ierusalē ortum fuisse. Cō
cedunt autē plurimi hebreoꝝ illū eo die natū
quo Ciuitas diruebatur: deinde ad ineptias suo
more refugiunt: dicentes illum latere quousq;
deus precipiat ut se palā cunctis ostendat. Alii
in monte sinay cum angelis eum collocant: alii
ultra caspios mōtes segregant: alii mēdicātem
passim & circunuagū agunt sua insania & discor
dia se iuicem cōfundētes:

ISAIAS: Dabit uobis deus ipse signum
Ecce uirgo cōcipiet in utero & pariet filium &
uocabitur nomē eius emanuel in hebreo (EST
habalma) quod puellam abscōditam cōserua
tāq; significat: EMANVEL: uero significat
nobiscum deus. s. quia ille qui nasciturus erat ex
illa puella futurus erat nō homo tantum: sed
etiam deus ex puella inquam semper uirgine: ꝓ
mictitur enim partus huiusmodi tāquam signū
quoddam ꝓdigiosum. de quo. DAVID. Veri

tas deterra orta est & ISAIAS alibi ait. exult
ent cæli desuper & nubes induant iustitiam: ape
riatur terra & pullulet saluator. Ego. n. domi
nus deus creaui eum. Videmus ihumana spetie
duo extrema ac media duo quisq; nostrum exu
uiro & muliere nascit᷑. Adã exneutro/eua ex
solo uiro diuina uĩtute. Iesus exmuliere soladi
uino spiritu. Mysterium hoc etiam rex arabum
Maumethes idialago suo admirat᷑ multũ & ue
neratur: inalcorano quoq; ueritate coactus ait
Iesus mariæ filius deiq; nũptius suusq; spiritus
ac uerbum mariæ uirgini celitus missum fuit
DANIEL. Videbam iuisu noctis & ecce
inubibus cæli ut filius hominis ueniens & usq;
aduetustum dierum ꝑuenit: & qui asistebant
obtulerunt eum & datum est ei regnũ & honor
& imperiũ: & omnis populus/tribus & lingue
seruient ei & potestas eius æterna: ~~quæ~~ nũꝙ trã
sibit: & regnũ eius/quod non cõrrũpetur. Om
nes ~~enim~~ iudei iterpretes hanc parabolam de
rege messia exponunt ꝙ uis hic de ultimo chri
sti aduentu tractet᷑ /His uerbis significat. Da
niel: Deum uenturum sub hominis habitu chri
stiq; regnum non temporale: sed eternũ & spiri
tale futurũ: inquo & Isaias conuenit. Apud quẽ
christo ita deus loquitur. Dabo tibi thesauros

absconditos & iuisibiles

OSEE. Vocabo non plebem meam / plebem meam & non dilectā meam / dilectā meam: & non misericordiam consecutam / misericordiam consecutam: & erit in loco ubi dictum est non plebs mea uos / ibi uocabunt filii dei uiui. In his predicitur conuersio gentilium ac ꝑtinacia iudeorum qualis fuit circa yesum.

ISAIAS. Inuētus sum nō querētibus me: palam apparui iis qui me non iterogabant. Tota autē die expandi manus meas ad populum non credētem sed contradicentem michi in iis: idem quod & paulo superius est uaticinium.

DAVID. Lapis quē reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli: a domino factū est istud: hoc est mirabile in oculis nostris. hæc ē dies quam fecit dominus / exultemus & letemur in ea. O domine saluum me fac / o / domine bene ꝓsperare benedictus qui uenturus est in nomine domini. yesus tanquā inutilis reꝓbatus a prauis / factus est diuina uirtute caput anguli: cui duo ānectuntur parietes. i. gentiles & qui ex iudeis sunt conuersi.

MALACHIAS. Non est mihi uoluntas circa uos dicit dominus & sacrificiū āceptū non habeo ex manibus uestris: quoniam a solis ortu

usq; adoccasum clarificabit nomē meum apud gentes: exiis ostendit reprobatio infidelium iude orum: iudaicarumq; cerimoniarum & appro batio fidelium gentilium aduenlente christo ¶MOISES. Posui te inlucē gētibus ut sis insa lutem usq; adextremū terre.

ISAIAS. Venio colligere omnes gētes & liguas & uenient & uidebūt claritatē meā & dimic tā super eos signum & mictam exiis conseruatos ingentes: quæ longe sūnt quæ non audierunt gloriam meam & numptiabunt claritatem me am ingētes & asummā exeis sacerdotes & leuitas dicit dominus & alibi apud eūdem deus messiā sic alloquitur. Parū ē ut sit mihi seruus adsubstinē das tribus iacob & feces israhel cōuertendas de di te inlucē gētium. Item primus adsyon dicet Ecce adsū & ierusalē euangelistam dabo: uidi & non erat uir/nec existis quisq; ut inir et cōsi lium & interrogans uideret uerbum. Ecce om nes iniusti & uana opera eorum. Et insequenti capitulo subdit. Ecce seruus meus suscipiam eū electus meus/complacuit sibi inillo anima mea dedi spiritum meum super eum & iudicium gentibus proferet: nō clamabit nec accipiet pso nam calamum cassatū nō cōteret donec ponat interra iudicium & legem eius insule spectabūt

Rursus alibi. Educã de Iacob semen & de iuda possidentẽ montes meos & hereditabunt eam electi mei & serui mei habitabunt ibi. Ecce serui mei conmedent & uos exurietis/serui mei lęctabunt & uos erubescetis & dimictetis nomen uestrum iuramẽtũ electis meis & iterficiet te dominus & seruos suos uocabit nomine alio. Idem alibi deum sic loquentem facit isdrabel me non cognouit & populus meus me nõ itellexit. Rursus auditu audietis & non itelligetis & uidentes uidebitis & non uidebitis crassatum ẽ enim cor populi huius & auribus grauiter audierunt & oculos suos clauserunt nequãdo oculis uideant & auribus audiant & corde intelligant & conuertant & sanẽ eos. MICTAM: ex iis conseruatos. Ingẽtes. i. discipulos messie: qui manus iudeorum euaserint/ad gentes conuertẽdas mictam & a summani. i. ex numero gentilium: qui conuertent cõstituã legiptimos sacerdotes. ex quo patet q etiam gentiles ad dignitatem israeliticam assumi poterant. Vnde Rauanais iudeus i commentariis exodi. ait Tẽpore messiæ gentiles conuersi sacerdotes erunt. Domino ministrantes. PARVM est ut sit p hæc patet q messias a d salutem nõ hebreorum solum: sed etiã gentilium mictendus erat sicut iesus PRIMVS

ad syõn dicet. Salomon iudeus interpres hunc
locum exponẽs omnia hæc ait de rege messia
atq; ultima redemptione esse intelligenda. Idẽ
aperit caldea translatio ionathæ. In his autẽ isaiæ
uerbis apparet q christus primo & ꝓprie apud
iudeos predicaturus erat & ibi euangelia & euan
gelistas fundaturus: sed quia praui & ꝑtinaces
futuri erant. Adiungit. NON erat uir atq;
ideo) IVDICIVM. gentibus ꝓferet. s. apud
gentiles per discipulos suos doctrinam euangelicã
diuulgabit: atq; ut ostenderit q iudicia euange
lica in humilitate summa non magnificentia nõ
tumultu sonituq; tubarum sicuti lex moysi ꝓmul
ganda erant adiunxit. NON: clamabit in reli
quis uerbis aperit isaias messiam ex Iacob descẽ
surum sectatoresq; suos ut plurimũ alienigenas
fore: qui electi apud deum futuri erant nec isra
elitici isti quidẽ amplius: sed alio nomine. S.
cristiani nominãdi aperit etiam iudeos messiæ
aduersaturos pœnasq; daturos sicut olim iesu
tẽporibus contigit ꝑtinaciam etiam iudeorum
sempiternam qualem hodie experimur

IHEREMIAS) Cognouit tempus suum
turtur & hirũdo & passeres custodierunt tem
pora introitus sui: populus autẽ meus non co
gnouit iudicium domini. Quomodo dicitis

sapientes sumus & lex domini nobis cum est in cassū facta est metatura falsa. Scribe cōfusi sūt Sapiētes trepidauerūt & capti sūt/quoniā uerbū domini reprobauerūt. Cur prophete que futura sūt sepe tāq̄ preterita narrant? quia in diuina mente cui sunt presētia omnia/illa tanquam presentia uidēt & post quam uiderunt tanquā preterita.i. manifesta & iam consumata locuntur. Sed redeamus ad hieremiā: hic in uerbis superioribus declarat scribas nō perfecte cognituros tēpus aduētus christi tempusq; metendi: neq; id quidē mirū difficillima enim est iniustis diuini sensus interpretatio) huic congruit illud q̄ in deuteronomio legitur percutiat te dominus amentia & cecitate ac stupore mentis & palpes i meridie sicut palpare solet cecus(MERIDIES ē lux operum christi in qua iudei plurimi caligati sunt. Idem hieremias alibi. Domine deus meus ad te gentes uenient ab extremis terræ ac dicent q̄ falsa nostri parētes idola possederūt & nō erat in ipsis utilitas si faciet homo sibi ipsi deos nō erunt isti dii. in his predicitur casura idola premessiā quod factum ē per yhesū: Cui quadrat illud ISAIE ubi loquēs de christo inquit docebit uos uias suas & post multa in die illa proiciet homo idola argēti sui & simulacra auri sui quæ fecerat sibi ne ea adoret. Idem

significat) DANIEL) quãdo loquẽs de christo inquit quod lapis abscisus sine manibus cõteret statuã: ex ferro texta auro argẽtoq; compositã statiam LAPIS) abscisus est iesus ui sacerdotũ afflictus hic. SINE) Manibus. i. sine humana uiolẽtia cõtriuit. staTVAM). i. IDOLATRIAM quæ statuas colebat statuam inquam quadripartitam nam in quatuor precipua mundi regna sparsa erat. s. caldeo℞. Medorũ. Greco℞ & Romanorum. Idem) HIEREMIAS (alibi horribilis dominus super eos & exterminabit õnes deos terrę & adorabit eũ uir de loco suo omẽs insulæ gentium

ISAIAS. Quoniam miscuit uobis dominus spiritum soporis & claudet oculos uestros & principes uestros qui uident uisiones operiet & erit uobis uisio omnium sicuti uerba libri signati / quem cum dederint scienti licteras dicent lege istum & respondebit: non possum signatus ẽ enim & dabitur liber nescienti licteras dicetur q; ei lege & respondebit: nescio licteras & dixit dominus pro eo ꝙ apropinquat populus iste ore suo & me glorificat labiis suis cor autem eius longe est a me / & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce addam ut admirationem faciã populo huic mira

culo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus & intellectus prudentium eius abscondetur. Rursus alibi dedit eis deus spiritum compunctionis oculos ut non uideant & aures ut nō audiant usq; in hodiernum diem. Hec omnia predicunt iudeos ꝙ plurimos tam doctos; quā indoctos ꝓpter eoꝝ scelera & impietatē christi expectati uaticinia. christum. ue presentem non cognituros cuius erroris causa in miseria sūt hodie usq; ad seculi finē. quod ut diximus alias cecinit osee dies multos sedebunt filii israel sine rege & sine principe & sine sacrificio & sine altari & sine ephod & sine theraphim. Quoniam uero circa seculi finē credituri sūt christo nostro. subiūgit & post hec reuertētur filii israel & querēt dominū deū suū & dauidē regē suū Trāslatio caldea cōtinet & obediēt messiæ filio dauidis regi suo & pauebūt ad dominū. In hebreo habetur & fluent ad dominū & a bonū eius in nouissimis diebus Nemo itelligat hæc de babillonica captiuitate i qua reges ducesq; ꝑ tēpore honoratos habuerūt quod quidē quartus regū liber nos docet ubi traditur a rege babilloniæ regem uide ioachim i sede regia una cum aliis regibus collocatum fuisse: ceteros q; generis eius similiter honoratos: quibus honoribus hodie priuati sunt: carent etiam sacrificio

& altari/cum careāt tēplo mosayca lege dispo sito.carēt. EPHOD.i. sacerdotia ueste & theraphin quod est istrumētum quoddā idolatrie ritu adfutura præsagiēda cōstructum quibus uerbis significatur iudeos neq; deum uerum legiptime: neq; idola hodie colere/inceteris uero temporibus uel deum rite coluere uel idola post (MVLTOS) autem dies & inouissimis. diebus. i. post multa secula qualia hec sunt post iesum & circa mundi finem reuertētur & querēt DEVM: suū. s. patrum suorum & DAVIDEM regem suum. i. messiam dauidis stirpe natum quod caldea translatio decet/ liberatio uero ex babilone non fuit post multa secula & innouissimis tēporibus/nemo itelligat q͡ tunc primū uenturus sit messias: ad hūc enim errorem auferendum propheta non dixit) VENIET (rex eorum sed reuertentur & QVERENT) illum quasi iam pridem uenerit: Sed illi discesserint/ & neglexerint & tandem quesituri sint illum q͡ caldea uerba declarāt cum dicunt (OBEDIent messie utpote qui antea fuerant ptinaces: deiis ISAIAS: ait. Hec dicit dominus ad domum iacob/non modo cōfundetur Iacob nec modo uultus eius erubescet: quia cum uiderit filios suos sāctificantes nomē meum & sanctificabunt

factum iacob & deum israel predicabunt & sciẽt
errantes spiritu/intellectum & musitatores dis
cent legẽ in his tollitur confusio iacob: quia
exeius stirpe & quasi filii fuerunt apostoli: qui
iesũ exaltauerunt quorum doctrina tandem iudei
omnes credituri sunt christo. quod paulus ine
pistola adromanos acutissime probat: Quam
obrem loquẽs isaias deprimo christi aduentu ait
Indie illa erit) GERMEN: domini) INMA
GNIFICENTIA & erit: OMNIS: qui
relictus fuerit insyon & residuus inierusalem sãct
us uocabitur. Indie. i. inlucis tempore: GERM
EN: domini: christus dei filius inmagnificentia
. s. operum ac prodigiorũ. OMNIS: qui reli
ctus significat christi discipulos paucos pene ab
ominibus destitutos sãctas christi reliquias. Iste
reliqute insecundo christi aduentu cum christo
exaltabunt: de iudeis autem interim quid est di
cendum? Raro & pauci electi erunt. de iis enim
illud isaiæ itelligit & relinquẽt in eos sicut race
mus & sicut excussio oliuæ duarum aut trium oli
uarum isũmitate rami. Posteaquam eni pter illorum pfidiã
anaturali arbore ut paulus apostolus inquit: ex
cussi sũt & aboliuæ radice separati ad huc nõ nul
li uel ibi relicti uel potius iterdũ denuo uidẽt
inserti: qualis fuit euariscus hebreus uir illustris

qui septimus abeatô petrô pontifex cristianoꝝ fuit: ãnos plures ꝗ͂ decẽ inea dignitate dignissi me uxit martirq; obiit. Pretera gotoꝝ tẽpore Iulianus iudeus primũ hispaniæ sactissiẽ rexit episcopatum. Petrus quoq; alfonsius eiusdem generis dialogũ cõscripsit cõtra pfidiã iudeoꝝ Alfonsus burgensis sũmus metaphisicus insexag esimo etatis suæ anno fidem christi suscepit pl uraq; aduersus iudeos egregia scipsit. Quid dicã deNicolao lyrensi mari doctrinæ magno ui roq; sanctissimo: quid deHieronymio physco qui tempore pontificis benedicti contra iudeos subtiliter disputauit: fuerunt & alii numero qui dem multi ꝗ͂uis egregii tã longo seculo pauci de quibus illud) IEREMIE) dictum censeo asummam uos unũ deciuitate & duos decogni tione aliter cõgregatione & adducam uosisyon .s. celestem: deus diligẽter paulus burgensis episcopus theologus insignis tractauit.

DAVID (Descendet sicut pluuia iuelus .i. multis ignotus & addit: orieẽ idiebus eius iu stitia & abundantia pacis

ISAIAS) Orietur indiebus eius iustitia & multitudo pacis / iesus octauiano imperante na atus est & aduersus originalem iiustitiam aderadi ce cõtractam euangelicam gratiam & iustitiã

introduxit: Octauiani quoq; imperium iustissi mum fuit tãta etiam pax eo tempore puniuersum orbem / ut nũq̃ uel amplior uel diuturnior hinc uirgilius. Claudẽt' belli portæ p[?]leuerauit ea pax post iesum annos septem atq; triginta

ISAIAS: Fatigata ẽ egyptus & negotiatio & hyopum & sabba uiri alti adte trãsgredietur & tui erunt serui & post te ambulabunt uincti compedibus & adorabũt & te precabũt' quoniã inte deus est & non est alius deus preter te. Tu eni deus es & nesciebamus deus israel saluator Confundentur & reuerebunt' omnes / qui aduersant' tibi & cadent iconfusionem hæc mõstrant quẽ admodum gentilium imperia quãdoq; futura erant christo subiecta. Item christum esse deum saluatorẽ aliquod tempus icongnitum adoratũ postea atq; eius aduersarios. i. hierusalẽ pertinacem & idolatriã cadere oportere. sicuti cõtigit: Quod etiam christus futurus sit homo sic aperit. Isaias. Mictet eis deus hominẽ & saluabit eos iudicans sanabit eos merito messiam saluatorem nominat & saluaturũ iesus enim appellatus est. i. saluator ostenndit autem q' non uiolentia & armis corpora: sed iudicio animos sanabit Quod rursus christus sit deus dauid de deo loquens sic aperit. Misit uerbum suum & sanauit eos & liberauit eos de corruptionibus

eorum propterea habraham deū sub forma homi
nis agnouit & ut regē omnium adorauit: Simi
liter iesu successori moysi deus apparuit: iacob
quoq; similiter

HIEREMIAS) Hic deus noster & non
reputabitur alius absq; illo qui inuenit omnem
uiam prudentie & dedit eam iacob puero suo
& israel dilecto sibi post hec interris uisus est &
cum hominibus uersatus est per hæc messias de
us & homo monstratur idem alibi & homo ē &
quis cognouit eum quasi dicat ꝓpter eius humi
litatem hominum ꝑ supbiam multi eum igno
rauerunt. Nihil mirum est iudeos multos parū
pios ꝓfundum messiæ mysterium & iesu diuini
tatē nō cognouisse: Multi tamē iudei/parti pii
parti etiā docti abinitio cognouerunt multa eni
iudeorum milia adlegem suā christus cōuertit mul
toplura discipuli. Eos autem iudeos qui iesu cre
diderunt etiam maumethes affirmat ī alcorano
adeo ceteris iudeis longe prelatos fuisse hi simul
cum gentibus messiamquod alibi hieremias uati
cinatus est uocauerunt dominus iustus noster &
uere uocauerunt nō. n. permisisset se falso deum
uocari

MOISES) Innumeris orietur stella exiacob
& exurget homo exisrael: per hec & superiora

messias ostenditur deus & homo ꝓpterea. Exechiel deum depigẽs collocat eum ĩ hominis habitu super zaphireum thronum: quia. s. deus futurus erat homo. Vnde rabbi Ioanna ĩ comentariis psalterii dicit ꝙ cum iudei alias ab aliis ducibus ex captiuitate fuerint liberati: redemptio ultima adeo sub ꝓpria ꝑsona est explenda per hoc messiam deum esse cõcedit ac de ipso exponit illud: benedictus qui uẽit ĩ nomine domini/deus dominus illuxit nobis

DAVID. Loquẽs de christo qui ĩter ceteros unctos adeo qui ob ipsã unctionem christi uocari possunt/excellentior est dicit unxit te deus deus tuus oleo letitiæ precõsortibus tuis ubi declarat eum hominem & paulo ante mostrauerat deũ dicens Sedes tua deus ĩ seculum seculi uirga directionis uirga regni tui Quod autẽ de messia loquatur declaratˀ ex eo ꝙ ubi ebraice dicitˀ speciosus forma præ filiis hominum: Caldea translatio ionathe quæ apud iudeos hebraico testui est auctoritate equalis habet: pulchritudo tua rex messia maior: ꝙ̃ filioꝶ hominis merito translationis huius autoritati omnes cedũt: ordinata .n. fuit abionata uiro magno ex cõsensu & ore helhazar & iosue uiroꝶ excellentissimoꝶ longo tẽpore ante templi destructionem & antiqui õnes

talmutici hebrei affirmant illam ab ageo zacharia malachia ꝓphetis descẽdisse. Ex superioribus dauidis uerbis atq; similibus. Rabi alba cõmotus icõmentariis genesis interrogat quid sibi uelit. Daniel quando de deo dicit ipse reuelat ꝓfũda & abscõdita & nouit itenebris cõstituta & lux cũ eo est ac respõdet: Haec certe lux est lux regis messiæ de quo in psalmo ilumine tuo uidebimus lumen hæc ille hic fatetur diuinum illud lumen quod semper cum deo est & ipse deus est/lucẽ esse messiæ ipsumq; messiam. Antiquus etiam ille & inlustris theologus. Rabi neuma inlibro qui lucidus inscribit̃ dictum illud. Salomonis exponens inprouerbiis. Iustum est fundamentũ sempiternum interrogat quid hoc sibi uelit & respondet de messia ihunc modum: quẽdam iustũ habet seu habebit deus iseculo suo: qui est sibi dilectus quia substinet mundum uniuersum atq; illius est fundamentum gubernat mundum atq; ut gubernet̃ ipse efficit ipse est animaꝝ omnium fundamentum atq; hoc est quod dicit̃ iustus est fundamentum sempiternum hæc ille ex quibus aperit messiam non solum hominem esse sed etiam deum Ipse quoq; dauid alibi idem aperit. Mater syon dicet homo & homo natus est inea & ipse fundauit eam altissimus. i. deus qui

fundauit syō ibidem tanq̄ homo natus est & syō appellat matrem

.ISAIAS. Erit idie illa radix iesse & qui exurget pricipari gentes/ ineum gentes sperabunt & erit requis eorū inhonore/ & alibi. Exibit uirga deradice iesse & flos deradice eius ascēdet & requiescet supeū spiritus dei spiritus sapiētie & intellectus spiritus cōsilii & fortitudinis spiritus pietatis & inplebit illum spiritus timoris dei Iesse pater fuit dauidis phec ergo predixit pphe ta messiam exdauidis stirpe pululaturum: gentilibus magis q̄ iudeis pfuturum spiritalibus potius q̄ corporalibus armis dominaturum qualis iesus fuit. Idē isaias alibi expsona. christi sic iquit Spiritus domini sup me ppter quod ūxit me euangelizare pauperibus misit me predicare captiuis remissionem & cecis uisum. hic declarat messiam exsācto spiritu nasciturū christum exdiuina solum unctione nominādum. Itē pauperibus & cum pauperibus euangelium predicaturū remissurum peccata ignorantiā expulsurū

DAVID. Reges tharsis & isule munera offerent. Reges arabum & sabba dona adducent

ISAIAS Omnes desabba uenient aurū thus & laudem domino adnnumtiantes hæc partim iesu statim nato facta fuerunt: partim post eius

ascensione presertim imperante costantino/ad hucusq; tempora & alibi. Exegypto uocaui filiu meum. Rursus alibi Nazarenus uocabit: Iesus autem noster exegipto reuersurus nazaret habitauit ac nazarenus fuit cog nominatus
ZACHARIAS Ostendit mihidominus deus iesum sacerdotem magnum stãtem ante faciem ãgelidomini & diabolus stabat addexterã ipsius ut aduersaret ei & dixit dominus ad diabolum: imperet dominus inte: quielegit ierusalẽ & ecce Titio eiectus abigne & iesus erat indutus uestimentis sordidis & stabat ante faciem angeli & respondit & dixit adcircunstantes ante faciem eius ferte uestimenta sordida abeo & iduite eũ tunica talari & imponite cidarim mundã super caput ipsius & coperuerunt eum uestimẽto & imposuerũt cidarim mũdã sup caput ipsius angelus domini stabat & testificabat adeum dicens hæc dicit dominus omnipotẽs. Si iuiis meis ambulaueris & precepta mea seruaueris tu iudicabis domũ meã & dabo tibiqui couertẽt imedio horum circunstãtiũ Audiitaq; iesu sacerdos magnæ Prophete uerba quia futurũ portẽdunt & hominem designãt titionis extincti istar cõtemptũ primo ac sordidumdeide ornatum adeo diuinæq; domus iudicem deo iesu nazareno cõgruunt/non iesu

naue uel iesu iosedech qui & ante zacharia fue runt & talia neq; passi sunt neq; fecerunt

SALOMON IN LIBRO SAPIENTIE: Circum ueniamus iustum quoniam isuauis est nobis & exprobat nobis peccata legis pmictit se scientiam dei habere & filium dei se nominat factus est nobis itraditionem cogitationum nostrarum grauis est nobis etiam aduidendum quoniam similis est aliis uita illius & inmutatæ sunt uiæ illius tanq nugaces extimati sumus abeo & cōtinet se auiis nostris & abinmunditiis & prefert nouissima iustorum & gloriat se habere patrem deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sunt & temptemus que uentura sunt illi cō tumeliis & tormentis iterrogemus eum ut sciamus reuerentiam illius & probemus patientiā illius / morte turpissima condempnemus eum

Hec cogitauerunt & errauerunt: excecauit enim illos stultitia ipsorum & nescierūt sacramēta dei hæc. Salomon quibus nihil clarius. Merito pmisit deus illos qui aduersus pphetas messie precones ceci crudelesq; fuerant tales quoq; aduersus messiam fore

ISAIAS. Ecce itelliget puer meus exaltabitur & glorificabit & sublimis erit ualde quem admodum super te stupescent multi ita gloria

priuabitᷓ ab hōminibus speties tua & gloria tua ab
hominibus ita mirabuntur gentes multæ super
eum & cōtinebunt reges os suum quoniam qui
bus nō est annuntiatum de illo uidebunt & qui
nō audierunt itelligēt Domine quis credidit au
ditui nostro & brachium domini cui reuelatū ē
Annuntiauimus coram illo ut infirmus ut radix
iterra sitiēti. Nō est speties illi neq; gloria & ui
dimus eū & nō habebat spetiem neq; decorem
Sed speties eius sine honore deficiens pre omni
bus hominibus homo implaga positus & sciens
ferre ifirmitatem quoniam auersa est facies eius
inhonoratus est neq; magni æstimatus ē hic pec
cata nostra portat & ꝓnobis dolet & nos existi
mauimus illū esse quasi leprosum ꝑcussum adeo
& humiliatū. aliter Indolore. & implaga & inaf
flictione ipse autem uulneratus ē propter iniqui
tates nostras & ifirmatus est propter peccata no
stra. Eruditio pacis nostre ieo liuore eius sanati
sumus. Omnes ut oues errauimus homo auia
sua errauit & dominus tradidit illum ꝓpeccatis
nostris & ipse propter quod afflictus est nō ape
ruit os ut ouis ad imolādū ductus ē & ut agnus
āte eū qui se tōderet sine uoce sic nō apuit os suū
Inhumilitate iudiciū eius sublatū ē generationē
eius quis enarrabit quoniam tolletᷓ de terra u ita

eius abiniquitatibus populi mei ductus est adm
ortem & dabo malignos prosepultura eius &
diuites p morte eius/quoniam iniquitatē non
fecit nec dolus iuentus est inore eius & domi
nus uult purgare eum deplaga Sidederitis ppec
cato animam uestram uidebitis semē lōgeuum
& dominus uult auferre adolore animam eius/
ostendere illi lucem & formare itellectum iusti
ficare iustum bene pluribus seruiētem & eorum
peccata ipse portauit/propterea ipse hereditabit
plures/ & fortium diuidet spolia ppter quod tra
dita est admortē anima eius & inter iniquos exi
stimatus ē & ipse multoꝝ peccata portabit &
propter peccata eoꝝ traditus est.

Quod autem Isayas inuerbis superioribus
derede mptione ultima quæ pmessiam accipien
da erat locutus sit; patet pprohemium quoddā
abeo iis uerbis ita prepositum. Quam pulcri
super montes pedes annuntiantis & predicātis
pacem? annuntiantis bonum predicantis salutē
dicētis sion regnabit deus tuus? Et infra parauit
dominus brachiū sactum suum ioculis omnium
gentium & uidebūt omnes fines tꝛre salutare dei
nostri Et ifra precedet eni uos dominus & cōgre
gabit uos deus israel. hec & alia multa illic simi
lia admessiam pertinere omnes tam iudei ꝙ chri

stiani cōsentiunt: deīde subdit. Ecce intelliget
puer/aliter seruus meus. Quod iste seruus sit
messias declarat etiam caldea translatio hunc i
modum. Ecce intelliget seruus meus messias
Rursus q messias iste sit deus iudei interpetres
talmutici Isayam hic exponentes sic ostendūt
EXALTABITVR) plusq̃ Habrahā (ELE
VABITVR) plusq̃ Moyses (SVBLIMIS
erit ualde) plusq̃ angeli. Quam uero pretiosa
sit redemptio huiusmodi pmessiam patet per il
lud ysaiæ. israhel saluatus ē idomino salute æter
na/non confūdemini & nō erubescetis usq̃ inse
culum seculi Non igit̃ corporalis uel tēporalis
futura erat pmessiam salus qualis egyptiaca &
babillonica & similes: sed spiritalis & sēpiterna/
q̃uisau em pphetia illa ysaiæ (ECCE itelliget
adiesum nostrum manifeste ptineat: tātum rabi
salomon puersæ uolūtatis homo/ausus est uer
ba illa puertere extorquēs ea adiudaicum popu
lum inhodierna miseria uiuentem /Cui quidem
contradicit translatio caldea sicut diximus con
tradicunt etiam omnes antiqui iudei interpretes
pphetharꝫ/qui seruum illum esse messiam uo
lunt angelis ualde sublimiorem/que excellētia
plebecule huic iudaice uili & uitiose conuenire
non potest/Vnde rabi moyses gērundensis hoc

Salomone contemptō / secutus est priscos itaqꝫ in genesis comētariis dicit. Regem messiam corsuum traditurum ad supplicādum ꝓ israhel / ieiunia etiam ꝓ illis & humilima quæqꝫ passurū adducens illud Isaie. Ipse aūt uulneratus ē ꝓpter īiquitates nostras attritus ē ꝓpter scelera nostra / hæc ille. Et quāuis iudaica fex hodie multum afflicta sit & quasi uulnerata & attrita eodem pene modo quo Isaias dei seruum depingit afflictum nullo tamen modo. Isaye uerba huic plebi cōgruere possunt: quod quidem sex potissimū signa nobis ostendunt. Primum & si populos hic grauiter est oppressus: non tamen hoc ꝓpter gentium iniquitates & scelera patitur ita ut ꝓpter iudeorum passionem & merita gētes que illos affligunt adeo ueniam & salutem consequantur: immo iudei omnes uindictam adeo aduersus gentes expectant. Cum ergo Isaias de seruo dei asserit: ꝙ liuore eius alii sunt sanati & ꝙ deus meo iniquitatem ceteroꝝ omniū posuit: certe non loquitur de populo iudeoꝝ ob cuius penas alii non seruantur / sed ut ipsi asserunt / puniuntur. Secundum signum Isaias ait ꝙ seruus ille dei iniquitatem non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius / iudei autem auaritie: fenori mendacio: sceleribusqꝫ mancipati

sunt. Ac etiã ipsimet concedunt propter scelera sua in hac miseria uiuere: & auctoritate deuteronomii compulsi fatentur: q͂ si deposita prauitate cõuerterentur ad deum statim liberarentur. Vnde doctores eorum confitentes expeccatis suis hanc miseriam prouenire iquirunt que nam sint illa peccata. Rabi Salomon cultum uituli in deserto fabricati criminatur: quod crimẽ iam diu deus puniuerat & ignouerat ante yhesũ Alii uaria singulorum delicta/alii occultum uolunt esse peccatum: cuius culpa supplicia pendunt. Tertium signum Isayas in fine capituli dicit q͂ seruus ille dei pro transgressoribus exorauit: iudei contra ter saltem quolibet die inexecrabilibus sacris suis romano imperio ecclesie christi cunctis gentibus preterq͂ iudeis terribilissima imprecantur: atq͂ in talmuticis constitutionibus suis iubentur christianos ut cunq͂ possunt uel ui: uel fraude: dolo ue ledere. Quartũ quonam pacto eruditio & disciplina pacis: quã in seruo dei esse Isayas ait: ihac indocta & puersa iudeorum plebecula ponenda est? Quintum quonam pacto sublimior est populus iste q͂ angeli dei? qualem esse illum seruum dei omnes antiqui iudei procul dubio consenserunt. Sextum cum dicat Isayas ab iniquitatibus populi

mei ductus est admortem: quis nō uideat aliū esse seruum dei illum: qui admortem ducitur aliū dei populum obcuius iniquitates occidit̄ & nisi forte quis uelit ysaiam scriptorem omniū elegātissimum sic absurde locutum fuisse ut intelligi uoluerit abiniquitatibus populi mei ductus ē populus meus admortem/ ꝑinde si ipopulus iudaicus peccatū nō habet. falso hic depopulo iudaico loquit̄ ysaias/sihabet. falso loquit̄ statim quando subdit iiquitatem nō fecit/simodo tūc depopulo loquit̄. seruus igit̄ ille dei nullo mo do populus ēē pt̄ Sed ope pretiū ē uerba ipsa Isaie iduodeci cōclusiones redigere queādmo dū Paulus burgēsis Episcopus theologus isignis redegit. Prima/Seruus dei apud ysaiam descriptus cūctis creaturis ē excellētior/dicit. n. exaltabit̄ & eleuabit̄ & cetera Secuuda ipse ab initio fuit paruulus humilemq; habuit ortum dicit enim ascendit sicut uirgultum & sicut radix eterra sitienti. Tertia insuo progressu contemptus ē & pronihilo habitus ait enim despectum & nouissimum uirorum uidimus nec reputauimus eū. Quarta uulneratus fuit propter iniquitates nostras. s. purgandas/ūde illud & liuore eius sanati sumus & ifra iustificabit ipse iustos seruos meos multos & iniquitates eoꝝ ipse por

tabit

tabit. Quinta omnes iusti preter ipsum excō
muni lege auia salutis abberrauerunt: ipse autē
omnium portauit iniquitatem. i. pro omnibus
penas dedit: hinc illud: Omnes nos quasi oues
errauimus & deus posuit ineum iniquitatē om
nium nost rum: Sexta: Hec supplitia & post
illa etiam mortem libenter substinuit: dequo
dicit oblatus est: quia ipse uoluit & sicut ouis
adoccisionem ducetur & quasi agnus coram tō
dente: iudei autem non libenti: sed inuito &
egroanimo passiones ferunt. Septima id con
tingit propter scelus populi: erat autem ille
innocens: dehoc ait propter scelus populi per
cussi eum & infra qui peccatum non fecit: nec
inuentus est dolus inore eius. Octaua seruus
ille dei parta uictoria fortium spolia diuisurus
erat eoꝗ uitam suam morti tradidisset: huc il
lud tendit: Ideo disponam ei plurimos & forti
um diuidet spolia quia morti tradidit animam
suam. Nona existimandus erat iniquus: obhoc
ait & cum sceleratis reputatus est. Decima ser
uus huiusmodi licet perilla que tollerauit suffi
cienter peccata omnium substinere ac delere
potuerit: non tam effectu omnium mala dilu
it: sed multorum. Quapropter adiunxit & ip
se peccata multoꝝ tulit. Vndecima tanta ineō

fuit caritas ut etiam pro hostibus omicidisque suis deum orauerit/adhoc subdit. pro transgressori bus orauit. Duodecima. Que inhac prophetia traduntur naturalis ingenii uires excedunt/quo circa exclamauit. Quis credidit auditui nostro? hec omnia soli Iesu Nazareno conueniunt.

HIEREMIAS. Spiritus oris nostri dominus cri stus captus est in peccatis nostris/cui diximus in umbra eius uiuemus ingentibus. Item inillo die non confunderis exomnibus adinuentionibus tu is/quas impie egisti inme quia tunc auferam abs te prauitates iniurie tue & iam non addicies ut ma gnificeris super montem sanctum meum & sub relinquam inte populum mansuetum & humilem & uerebuntur i nomine domini qui reliqui fuerit israel. Item domine significa mihi ut cogno scam/tunc uidi meditationes eorum ego sicut agnus sine macula productus sum aduictimam/inme co gitauerunt cogitationes dicentes uenite micta mus lignum ipanem eius & eradamus eterra uitam eius & non erit memoria eius amplius. item. Ex territa est. que parit & tedruit animam & subiuit sol ei/cum adhuc medius dies esset/confusa est & maledicta/reliquos eorum ingladium dabo inconspectu inimicorum eorum. Item dereliqui domum meam. dimisi hereditatem meam imanu inimi

corum eius facta est mihi hereditas mea sicut leo in silua dedit super me uocem suam ideo ho dio habui eam / In iis docet hieremias q̄ messias capiēdus obpurganda nostra delicta erat & affli gēdus que relicturus erat populū illum christi anorum primum humilem psecutionibusq; sub iectum (Reliquias enim israel apostolos marti resq; esse uult. post hec etiam ligni crucis mēti onem facit / & eclipsis i meridie patiente christo Martiria etiam christianorum subiūgit uindictāq; aduersus ptinacem populum iudeorum / deniq; ad dit q̄ populus dei tanq̄ leo surrexit in christum tanq̄ agnum atq; ideo deus populum illum ex terminabit.

Salomon Si auertimini a me dicit dominus & non custodieritis ueritatem meam reliciam isra el a terra quam dedi illis & domus hec erit deser ta & ōnis qui transibit pillam admirabit̄ & dicet ppter quam rem fecit dominus terre huic & do mui huic hec mala? & dicet quia reliquerūt do minū deū suum & persecuti sunt regem suum dilectissimum deum & cruciauerūt illum in hu militate magna ppter hoc inportauit illis deus hec mala / hec ille. quis ergo negabit Iesum na zarenum fuisse messiam? hominemq; fuisse pari ter atq; deum?

ESDRAS/Hoc pasca saluator noster est & refugium nostrum cogitate: quoniam habemus humiliare eum inligno & post hec sperabimus ineum ne deseratur hic locus ineternum tempus/dicit dominus deus uirtutum. Si non credideritis ineum neq; audieritis annuntiationem eius eritis derisio ingentibus: hec ille: quibus nihil est clarius. Minis autem eius illud moysi congruit. Ego. s. deus ademulationem uos adducam mihi nō gētem ingentem insipiētem iniram uos mictam: preceteris uerbis esdræ maxime illa consideranda sunt q· saluatorē .i. iesum qui saluatorem significat inligno ipasce tempore iudei humiliaturi erāt. Meminisse rursus oportet q· quartadecima luna lex iudeis celebrare pasca & agnum precipit immolare. Vnde Anatolius philosofus alexādrinus subtiliter probat primo quidem rationibus deinde lege ac etiam auctoritate philonis iosephi Agatobuli Aristobuli. iudeorum ritū celebrandæ pasce mosaycum rectum & cōsuetum esse mense martio/ postquam & sol & luna equinoctiū uernale transierit: ac luna soli opposita sit. Hinc Policrates apostolicorum discipulorum discipulus asserit apostolos etiam eorumq; successores solitos celebrare pasca iuxta iudeorum consuetudinem quartade-

ma luna quando populus iudeorum azima fa
ciebat: Quorsum hec? ut consumemus quod
alias diximus. s. eclipsim solis que cristo patien
te contigit. naturalem non fuisse / quod autem
contigerit Lucianus antiocenus ante tribunal iu
dicis sui sic testatus est Requirite in annalibus
uestris. iuenietis tẽporibus pilati cristo patiente
fugato sole interructum tenebris diem. Tertul
lianus quoq; clamauit ad iudices. Hunc mundi
casum in annalibus uestris relatum habetis.
ISAIAS. Ego dominus deus uocaui te ad iusti
tiam & tenebo manum tuam & confirmabo te
& dedi te in testamentum generis mei in lucem
gentium aperire oculos cecorũ producere exui
culis alligatos & de domo carceris sedentes ĩte
nebris hec ille. i quibus deus cristum alloquitur.
mictit eum ad testamentum nouum intrc ducẽ
dum gẽtiles conuertendos non minus ꝙ iudeos
adeos qui i limbo alligati sunt soluendos & pur
ganda peccata. Alibi apud Isayã christus ita lo
quitur. Nõ sum contumax neq; cõtradico: dor
sum meum posui ad fragella & maxillas meas
ad palmas: faciem autem meam non auerti a fe
ditate sputorum: Item in die illa erit radix iesse
que erit insignum populorum ipsum gentes
deprecabuntur & erit sepulcrum eius gloriosũ

hec omnia yesu nazareno contigerunt.
AMOS. Et erit indie illo dicit dominus: occi det sol meridie & tenebrabitur dies lucis & cõuertam dies festos uestros inluctum & cantica uestra inlamentationem. Indies silicet quo patietur Messias (OCCIDET sol) eclipsim solis inmeridie patiente yhesu significat DIES lucis) i. christus qui lux lucis est: post hec inperpetuam uindictam statuit deus ut iudei quotidie uexentur lamentationesq; Hyeremie & similes querimonias repetãt.

EZECHIEL. Exaltaui lignum humile

IOB. Quis det nobis de carnibus eius/ut saturemur?

ZACHARIAS. His plagatus sum/item alibi de deo saluante ierusalem sic ait. Effundam sup domum dauidis & sup habitatores ierusalem spiritum gratie & potestatis & aspicient in me quẽ confixerunt & plangent sup eum quasi plãtum unigeniti. hec ille. ipse qui tãq̃ deus spiritũ gratiæ & potestatis infundit tanq̃ homo cõfigitur atq; idcirco ut intelligeremus cristum. ex diuersis naturis cõstitutum altaratione mirabilia operari & ratione alia terribilia pati. Zacharias inprima persona dixit (.s. effũdam) In secunda tertia) sup eum effundam) .s. ego tanquam deus aspiciẽt time

quem cõfixerunt. S. tanquam hominem & plã
gent sup eum. S. hominem ame deo alumptũ/
Nemini autem licet fingere testum/qui dicat
(aspicient ineu m (omnis. n. biblia tam ebraica
quam caldea dicit (aspicient inme. Plangent)
.i. po enas dabunt i nhoc seculo & futuro. At
quo pacto spiritũgratiæ infundit? Si plãgũt sup
eum. certe spiritus sancti gratiam & priscorum
ueniam peccatorum. Liberauit enim uolentes
abinferis/Infudit etiam spiritum potestatis adin
credulos puniendos: hi. N. sunt qui plangunt.
ABACHVC: Inmedio duorum animaliũ
cognosceris existiisalutem populi tui utsaluos
faceres cristos tuos/misisti incapita inimicorum
mortem (duorum animaliũ). i. duorum testa
mentorum/rursusduorum prophetarum inmõ
te Tabor Moysis & Heliæ. Iterum duorum
latronum incruce/forte etiam duorum brutorum
quando natus est instabulis. insalutem populi
tui ut saluas abiferis faceres credẽtium animas.
inimicos uocat ptinaces hebreos.
DAVID. Loquitur sæpe subnomine suõ de
messia/quem sciebat esua stirpe pululaturum.
sic autem inquit (congregata sunt super me fla
gella/ & ignoraui. dissoluti sunt. neq; conpuncti
sunt/temptauerunt me deriserunt me der su &

ſtriderunt dentibus ſuis ſup me. Dederunt ineſ
cam meam fel & inſiti mea potauerunt me ace
to: circundederunt me canes multi concilium
malignantium obſedit me. Effoderunt manus
meas & pedes meos dinumerauerūt omnia oſſa
mea Ipſi autem contemplati ſunt & uiderūt me
diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea & ſuper ueſtem
meam miſerunt ſortem. Captabūt animā iuſti
& ſanguinem innocentem condempnabunt &
factus eſt mihi dominus in refugium. Erues
me de contradictionibus populi conſtitues me
in capud gentium populuſ/ quem non cognoui
ſeruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Scri
bantur hec in generatione altera & populus qui
creabitur laudabit dominum. Notum fecit do
minus ſalutare ſuum ante conſpectum gentiū
reuelauit iuſtitiam ſuam. Dabo tibi gentes he
reditatem tuam abſtiterunt reges terræ &
principes conuenerunt in unum aduerſus domi
num & aduerſus criſtum eius. Fiat menſa eorū
s. iudeorum coram ipſis in laqueum & in retribu
tionem & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eo
rum ne uideant & dorſum eorum ſemp incurua
Effunde ſuper eos iram tuam furor iræ tue con
prehendat eos/ fiat habitatio eorum deſerta & i
habitaculis eorum non ſit qui habitet/ quoniam

quem tu misisti persecuti sunt & super dolorem
uulnerum eorum addiderunt. Appone iniquita
tem sup iniquitatem eorum & non intrent in iu
stitiam tuam deleantur de libro uiuentium &
cum iustis non scribantur. Ego sum pau p & do
lens / salus tua deus suscepit me. Non erat pau
per dauid rex: sed messias ex eo pau p nasciturus
De iuda pditore sic predixit dauid. Qui man
ducat mecum panem leuabit contra me calcane
um suum / de iudeis iterum sic / odio habuerunt
me gratis / de quibus Paulus apostolus sic uatici
natus est. Inplebūt peccata sua semp / preuenit
enim ira dei super illos usq; in finem. Sic ergo
predixit sempiternam iudeorum & pertinaciam
& miseriam. At cū pretermisimus quod Hie
remias de cristi uenditione a iuda facta & pretio
& agri emptione quemadmodum in euangelio
traditur aperte predixit. Inquit enim. Et acce
perunt triginta argenteos pretium apretiati
quod apretiauerunt a filiis israel & dederunt eos
in agrum figuli: sicut constituit mihi dominus
Adiungit Macteus agrum illum cristi pretio
emptum etiam temporibus suis sanguinis agrū
cognominari. De resurrectione cristi. Dauid sic
inquit. Caro mea requiescet in spe: quoniam nō
derelinques animam meam in inferno nec dabis

ſanctum tuum uidere corructionem quia. s. cri
ſti corpus nō putruit. Rurſus dnē eduxiſti ab
īferno animā meā. Ego dormiui & ſoporatus ſū
& reſurrexi quia dominus ſuſcepit me. Exſurre
xi & adhuc ſum tecū: Dauidi cōſentit (OSEE
OSEE. Sanabit nos poſt biduum: die tertia re
ſurgemus: uel ſic uenite reuertamur addeum
quia ipſe cepit & ſaluabit nos: percutiet & cura
bit nos/uiſitabit nos poſt duos dies die tertia ſu
ſcitabit nos & ueniemus nconſpectum eius.
rurſus. Abſorta ē mors inuictoriā: ubi eſt mors
uictoria tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? s. quia
p reſurrectionem criſti deſignatur etiam noſtri
corporis reſurrectio. Sicut enim inuno adā om
nes deliquimus & mortui ſumus ſic iuno criſto
omnes purgamur atq; reſurgimus: ſed de hoc
Paulus apoſtolus ſubtiliter atq; diuine.
IONAS: autempropheta cur exceptus eſt ua
ſti piſcis uentre & dietertio redditus luci uiuens
niſi ut reſurrectionē criſti ſignificaret? Geſta ſi
quidem ueteris teſtamenti nō minuſꝗ uerba fi
gure ſunt noui. Nouum quippe non aliter uete
ris ſinis eſt: ꝗ adumbrationis cuiuſdam colora
tio abſoluta & pfecta pictura. Ideoq; nouum
teſtamentum multo preſtantius eſtꝗ uetus.
DAVID. Aſcenſionem domini ita cecinit

Adſcendit deus 'in iubilatiōne & dominus in uoce tube. Pſallite domino: qui aſcēdit ſu pcælū celi ad orientē. Aſcendiſti inaltū captiuā duxiſti captiuitatem / dediſti dona hominibus. Sancti quoq; ſpiritus miſſionē ita canit. Emictes ſpirtū tuum & creabuntur / & renouabis faciem terre. IOEL. Et erit poſt hec. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem & ꝓphetabunt filii ueſtri & filie ueſtre. Seniores ueſtri ſopmnia būt ſompnia / iuuenes ueſtri uiſa uidebunt / & quidē inſeruos meos & ancillas meas indiebusillis effundam deſpiritu meo / poſt adſcenſionem criſti non ſolum apoſtoli: ſed & alii quamplurimi tam femine quam mares tam gentiles: quam iudei docti indocti. ſenes iuuenes ſpiritus ſancti dona gratiamq; mirabilem acceperunt.

ISAIAS In aliis linguis & inaliis labiis loquar populo huic ſed neq; ſic exaudiet me dicit dominus: Atq; ita quamuis apoſtoli antea rudes: accepto ſpiritus ſancti munere diuina miſteria ſubito uariis linguis effunderent: non tamen iudei omnes crediderunt.

EZECHIEL: Spiritum meum dabo in uiſceribus ueſtris & alibi debatiſmo ſic: Effundam ſuperuos aquam mundam & mundabimini abomnibus inquinamentis ueſtris & abuniuer

ſis idolis ueſtris mundabo uos: iudeorum doc
tores: ubi librum eorum de Iona interpetran
tur & ubi exponunt Talmut: nouas ſilicet eorũ
conſtitutiones poſt ieſum factas. adducunt pro
phetiam huiuſmodi. ut probent qꝫ tempore meſ
ſiæ non modo iudei: ſed etiam gentes quelibet
aſpſione quadã aque ſordes diluẽt peccatorũ.

ISAIAS: In cantico ſic: haurietis aquam in
gaudio de fontibus ſaluatoris/ Et dicetis in illa
die confitemini domino & inuocate nomen
eius. (Saluatoris) .i. ieſu meſſie/ Ieſus enim ſi
gnificat ſaluatorem. (Confitemini domino)
quia. s. unius dei cultus adducitur peritum ceſ
ſantibus idolis. Subiungit paulo poſt apoſtolo
rum predicationem apud gentes/ hoc pacto.
Cantate domino: quoniam magnifice fecit an
nunctiate hoc in uniuerſa terra. Quoniam uero
criſtus naſcitur in iudea Subiunxit. Exulta & lau
da habitatio ſyon quia magnus in medio tui ſanc
tus iſrael.

DAVID. multa & manifeſta de criſto trac
tat in pſalmo Secundo Tertio Decimoquinto
Vigeſimoprimo multiſqꝫ aliis Sed miſſio apo
ſtolorum in longinquas nationes pillud oſten
dit. in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fi
nes orbis terre uerba eorum.

ISAIAS: De messia ac de missione aposto
lorum sic Quam speciosi pedes euangelizātiū
pacem euangelizātium bona: afflictiones quoq;
apostolorum ita presensit & pregustauit. prop
ter te mortificamur tota die: existimati sumus
sicut oues occisionis. Origenes in tertio comē
tariorum genesis sic inquit. Thommas sicut no
bis traditū est. sortitus est parthos. Matheus
ethiopiam Bartolomeus indiam citheriorem
Andreas scytiam. Ioannes asiam. Petrus pontū
galatiam bitiniam Capadociam ceterasq; confi
nes puincias iudeis dum taxat. predicans circu
isse deprenditur & ad ultimum romæ conmora
tus est. ubi & crucifixus est deorsū capite demer
so: quod ipse ita fieri precatus est: ne exequari
domino uideretur. de Paulo autē quid dicam?
qui ab ierusalem usq; ad illiricum repleuit euā
gelio cristi. & ad ultimum sub nerone martiriū
duxit. hec Origenes. Taddeus quoq; unus ex
Lxx. cristi discipulis ultra euphratem profec
tus & in edissena urbe predicans euangelium totū
regnum regis Abgari cōuertit ad cristum ipsūq;
Abgarum a morbo quodam incurabili mirabili
ter liberauit. Sic enim fore cristus p epistolam
Abgaro ante pmiserat cum ab ipso p epistolā
rogatus fuisset ut ad eum curandum pficisceret

Heusebius hæc inpublicis historiis edissens ci
uitatis in qua regnauerat Abgarus syrorum lin
gua scripta legit ingrecamq; traduxit.

Capitulum uigesimum octauum. Solutio
nes dubitationum circa pphetias.

XPONENDA sunt ad presens quedam
pphetarum uerba/quænon satis intellecta oc
casionem ptinacibus hebetibusq; iudeis pre
bent ut iesum fuisse messiam.i.cristum uerum
nequaquam confiteantur.

ISAIAS (Erit innouissimis diebus).i.ulti
mis prophetarum temporibus & infine regni sacer
dotiiq; iudaici. non enim innouissimis diebus
mundi utquidam somniāt cristum primo
uult esse uēturum alioquin ferme iutilis uel sal
tem ad breue utilis foret eius instructio. sed in
nouissimis diebus pphetarū sacerdotii regniq;
iudaici. Tria hec sub iesu nazareno cessauerūt
& sequitur. (Mons domus domini inuertice
montium) Ob hoc quidam iudei delirant dicē
tes q in aduentu messie deus transferet montē
Tabor montem Synai montem Carmeli usq;
ierusalem/Acsup horū uerticem mōtem Syon
inponet: hebetes homunculi incorporalis dei
incorporalia opa semp adcorpora trahunt. At
uero multo rectius Ysaiam hic exponit. Rabi

Salomon iudeus dicens montem syon nō alti
tudine loci: sed miraculorum magnitudine coe
teros montes supaturum. Iesus autem noster
ineo monte inluminauit cecum natum. Cura
uit paraliticum. multaq; alia illic miracula fecit
deniq; ibi spiritum sanctum ecelo discipulis su
is infudit. post hec sequitur. (& fluent ad eum
omnes gentes) i. exomnibus gentibus multi/
dicunt similiter omne animal in Noe arca fuisse
.i. ex omni animalium genere aliqua. (Non le
uabit gens contra gentem gladium nec exerce
buntur ultra ad prelium) /Dictio hec. Vltra si
gnificat non sempiternam mundi pacem: sed
uniuersalem & diuturnam. fuit autem tanta iesu
tempore pax: quemadmodum alias diximus
ut maro tunc clausas esse portas belli cecinerit
habent hebrei inquarto Regum libro. (Non
uenerunt ultra latrones syrie interram israel)
Veruntamen post illud tempus traditur syrios
frequenter terram israel inuasisse. (Vltra ergo)
significat usq; ad certum tempus. Eusebius autē
tradit post iesum usq; adsua. i. Constantini tem
pora non cotigisse tot regnorum euersiones cla
desq; populorum / quot ante contigerat/ Item
Isaias idem alibi detempore messie ait. (Habi
tabit lupus cum agno & pardus cum edo acuba

bit) Quamuis Eleazarus pōtifex aristobulusq̄ āte cristum ac philo post cristum iudeorum in terpretum sapientissimi sacras licteras propter misticū sensum p allegoriam exponendas esse censuerint idq̄ etiam ipsi tentauerint: tamen puerilia multoꝝ iudeoꝝ ingenia talem omni no regnante messia auream etatem expectant qualem poetarum uerba coloresq̄ depingunt. Satis autem uiuente iesu fulsit in animis homi num non pertinacium aurea ueritas/tranquilli tas mentis & fructus æternus/atq̄ post illum ob eius opa & doctrinam qui quicunq̄ uult au rea etate potitur: æterna pax hominibus cum deo p iesum conciliata est: quanq̄ etiam mul tos annos (Lupus).i. potentior princeps uel populus agnum.i. debiliorem principem aut populum non deuorauit: Erant ante iesum gē tiles & iudei in omnibus omnino inter se discor des: post illum multi ex iudeis plurimi ex gen tilibus sub illius doctrina concordes moribus opinionibusq̄ uiuebant atq̄ uiuunt: Quotidie multis i locis animalium ueneno sorum morsus apostolorum miraculis innoxii reddebantur: Singula hec ad seculum aureum pertinere uidē tur: Omnino autē aureū seculū in animi poti us q̄ in corporis fructibus est ponendum. Nuge

uero poetarum pueris relinde quod & rabi mo
yses iudicauit: hic enim in libro de iudicibus ait
Caue neputes messie tempore mūdi ordinem
naturaliumq; rerum progressionem aliter q̄
soleat se habere debere: quod autem Isaias in
quit. (Habitabit lupus cum agno (& cetera
Enigmaticum est/significat enim israel cum im
piis seculi huius hominibus/qui figurantur lupi
atq; pardi securum conuersaturum hec ille.

MOISES. In deuteronomio (Si ad cardi
nes cæli fueris dissipatus inde retrahet te domi
nus deus tuus & assumet atq; introducet te iter
ram quam possederunt patres tui) Iudei ob hoc
expectantes cristi auxilio congregari cum ꝓp
ter iesum dispersi fuerint: fuisse eum uerum
cristum non confitentur/quibus respondendum
est oraculum hoc tunc impletum fuisse quando
ex babillonica seruitute liberati fuerunt. Tunc
enim ut testatur Esdras Cyrus rex non solum
ꝑmisit iudeos omnes in patriam reueti: uerum
etiam munera proposuit reuertentibus/q̄ siquis
ad messiā huiusmodi cōgregationē ꝑtinere cōui
cerit: dicam satis ꝑ iesum dissipatas ꝓpter pec
catum animas/quecunq; uoluerit in celestem
patriam congregari uocatur enim illa (a Daui
de) terra uiuentium Credo inquit uidere bona

domini interra uiuentium. Vnde rabi Moyses egiptius indeuteronomio diuinum ipsum bonum/ quod intelligibile est: multis dicit nominibus insacris licteris nuncupari/ dicitur enim mons dei & locus sanctus eius locus sanctuarii. uia sancta atria domini templũ domini. domus domini porta domini. hec ille. Rabi quoq; Salomon & rabi abba hedificationem templi ab Ezechiele descriptã ad celestem pertinere hierusalem arbitrantur. Vani sunt igitur qui uisibile templum amessia construi sperant/ Vani rursus qui populum israel secundum locum abeo congregatum iri expectant/ Vani tertio/ qui iudeos omnes tempore messie saluos fieri arbitrantur. Audiamus Hieremiam ita dicentem (Conuertimini filii reuertẽtes ait dominus/ quia ego uir uester & assumam uos unum deciuitate & duos de cõgregatione & introducam uos isyon & dabo uobis pastores iusta cor meum & pascẽt uos sciẽtia & doctrina) hec ille quæ quidem uerba de ultima redẽptione/ que ꝑ messiã erat explẽda: intelligenda sunt/ nonautem deredemptione ababillonica seruitute/ sicut aliqui opinantur. Nam ineodem contextu legitur: In illo tẽpore uocabunt Hierusalem soliumdomini & congregabuntur adeam omnes gentes innomine

domini/Quo circa Rabi Salomon in libro canedem superiora Hieremie uerba.s. Assumnam uos unum de ciuitate & duos de cōgregatione exponit de ultima illa quæ ab eis expectatur redemptione. sic enim ibi ait/Eligam iustos & introducam eos in syon ex quo patet in ultima p messiam redemptione nō omnes israheliticos saluari: sed iustos/hi autem pauciores admodū sunt iniustis/qui non saluantur/ideo dixit propheta unum de ciuitate & duos de congregatione aliter cognatione quasi dicat ualde pauci eligētur ex multis. hec ille. Rursus ibidem aliquis ex antiquis talmuticis inquit. Sicut ex secētibus milibus hominum. qui egipto egressi sunt soli duo.s. Calech & Iosue terram promissionis intrasse traduntur ita in messie tempore fore: Sic enim apud Osee scriptum esse & canet ibi iuxta dies iuuentutis sue & iuxta dies ascensionis eius ex terra egypti: Hec ille.

ZACHARIAS. Loquens de cristo inquit (Hedificabit templum domino) expectāt iudei cristum uastissimam in terris ex lapidibus mortuis machinam constructurum. Iesus autē sublime & coeleste ex uiuentibus animorum lapidibus templum diuina nimium arte construxit. Sed isti per superiora etiam confutantur.

HIEREMIAS. In diebus eius. s. messie saluabitur iuda & israel habitabit cōfidenter) dies illos quos nominat ad cristum pertinere uolūt/cuius manibus in priscum illud terrenumq; regnum reduci sperant/terrenisq; opibus ad uotum ditari/ Nos autem dicimus per cristi gratiam & doctrinam animas uolentium: tam reliquorum q̄ iudeorum a pristina illa culpa mūdari: p quam mundationem habitare corpus cum hac fiducia posse ut post corporis solutionem ad celestia reuolent (Iuda). i. genus hominum. quod inde . i. ab iudea totū originē habet (Saluabitur. s. si uolet sed ex quo nam saluabitur? s. ex culpa per adam concepta & habitabit cælum. Meminisse debemus (ISRAEL) in sacris licteris interdum significare homines cuiuscunq; generis/modo uerum cultum dei isdrael sequantur etiam si ab israel seu Iacob secundum sanguinem nō descēderint: quapropter Isayas: Vbi agit de propagatione populi israel p uocationem gentium sub doctrina Messie inquit (EFFVNDAM spiritum meum super semen tuum & cetera: Et germinabunt inter herbas quasi salices iusta fluentes aquas) Et in eodem cōtextu declarat hāc propagationem seminis israel seu Iacob non esse solum secundum progeniem corporalem in

telligēdam. Idcirco subdit. (Iste dicit domini ego sum & ille uocabitur i nomine iacob & hic scribet inmanu sua domino & in nomine israel assimilabitur hec ille) Qui dicit domini ego sū israel ita est secundum carnem dequo etiam il lud additur (Et ille uocabitur innomine iacob Quod preter hec intextu sequitur adeos perti net: qui opinione moribusq; sunt similes israel unde Rabi Salomō ubi interpretatur uerba hu iusmodi. Et innomine israel assimilabitur sic di cit Isti sūt qui exc ultu gentilium aduerum dei cultum conuertuntur. digni enim sunt qui israe lis nomine nūcupentur hec Salomō Quando igitur prophetæ aiunt israel sub messia saluum fore: non genus hominum hoc aut illud intel ligūt. sed omnes qui cultu & uita israel & iacob se similes reddunt: quod siuelis hoc nomine Iu da & israel: intextu illo Ieremie peculiarem dū taxat dei populum significari esto: At illi qui dei filium negauerunt: degenerati sunt & aro manis puniti sunt qui uero illum ex iudeis secta ti fuerunt: & multiquidem & magni uiri: uere erant israelis nōmine nuncupandi: atq; precipui inter illos signo quodam adeo dato ante Hiero solimæ urbis obsidionem inregnum Agrippe regis qui romanis amicus erat: aufugerunt serua

tiq; sunt. Consideratione dignum est illud nō parua/quod uere Paulus apostolus uaticinatus est: Iudeos uidelicet aliquos pertinaces fore donec gentiles omnes omnino undique cōuertantur ad cristum. postremo etiam illos in seculorum fine penitus conuertēdos adduxit quoq; propheticum illud (Veniet ex syon qui eripiat & aduertat captiuitatem ab iacob & hoc illis a me testamentum cum peccata eorum abstulero) sic demum statutis temporibus. Iuda saluabitur eritq; tūc quod diuinitus predictum fuit pastor unus & unum ouile. tunc implebitur illud Sacharie (In die illa erit dominus unus & nomen eius unum (illud quoq; Sophoniæ (Tunc reddam populis labium electum ut uocent omnes in nomine domini & seruiant humero uno adderursus illud Ezechielis. Tūc conuertam captiuitatem iacob & miserebor domui israel Cui illud est simile. (Reducam captiuitatē uestram de cūctis locis. Sed quādo hec erūt? quotidie ex captiuitate tū peccati tum hominū liberātur p messiā iudei quicūq; uolunt apparebit autem hoc præcipue quādo maxime uolent hoc est in secundo christi aduentu prope mundanī cursus finem. Tunc messias armis quibusdam aduersus impios prelia illa moue

impietatē

bit. quæ Zacharias in bello hierosolimitano fu
turo predicit & post illa subiungit. In die illa erit
dominus unus. Tunc messias potenter (Effū
det iram super gentes & regna quemadmodū
Sophonias ppheta minatur/ quibus subiungit il
lud (Tunc reddam populis tūc prælium illud
gog & magog inplebitur ab Ezechiele descrip
tum: quo finito redemptionem israel fore pre
dicit Ezechiel (tunc conuertam captiuitatem
Cristus ergo in primo aduentu doctrina exem
plo & opere suauiter uolentium peccata remi
sit. in Secundo rem fortius agredietur. purga
bit acrius & pertinaces cum duce eorum antiori
sto / uiolētia expugnabit/ Sic enim dei nature di
sciplinae ordo requirit.

DANIEL (Aspiciebam in uisu noctis &
ecce in nubibus cæli quasi filius hominis ueniе
bat/ Propter hec & similia expectant iudei cri
stum non humilem habitu & fortuna sicuti iesū
accepimus: sed magnificum & potentem / nesci
entes duplicem eius aduentum esse. Venit hu
milis olim iudicandus ueniet postremo magni
ficus iudicaturus/ Quod autem de ultimo mū
di iudicio ibi loquatur Daniel apparet cum sub
iungit. (Throni positi sūt & libri aperti sunt.
Aduentum uero primū esse humilem multis

prophetarum oraculis in superioribus demonstra
uimus de quo illud dauidis: Eego autē sum uer
mis & nō homo obprobrium hominum & abiec
tio plebis: omnes uidētes me deriserūt me locu
ti sunt labiis et mouerunt capūt. Sperauit in
domino / eripiat eum / saluum faciat eū quoniā
uult eum: quoniam tu es qui extraxisti me de
uentre. Spes mea ab uberibus matris meæ / inte
proiectus sum ex utero de uentre matris meæ
deus meus es tu ne discesseris a me. subdit mul
ta ibidem ad idem manifestissime pertinentia.
Nonnulli iudeorum cum diuersa de diuerso ad
uentu oracula legerent duos messias introdu
xerūt. alterum filiū ioseph .i. ex ioseph patre ef
fraim longo ordine descendentem passioni
cedi per subiectum. Alterum descendentem ex
dauide / quem dauidis filium appellare consue
uerunt: qui messiam alterum occisum suscitet
regnum per israel potenter instauret: sed ii ma
nifeste delirāt: sacre enim litere ab uno & per
unum & ad unum pendere uolunt generis hu
mani salutem & quando de messia locuntur fere
sēper dauidis uel iude prolem uocant: Ioseph
uero patris effraim nunquam. hinc rabi Moy
ses libro iudicum adducens precipuas omnes
de messia sententias concludit messiam ex daui

dis genere fore: nullamq; alterius messie mentionem facit isaniūt igitur qui frustra geminos introducunt: cū sufficiat unus. Quanto rectius nos per unum yhesum sufficienter implemus uaticinia omnia quamuis diuersa: & sufficienter implemur. Ille siquidem Ioseph cuiusdam quasi adoctione siue fama & custodia filius/filius quoq; Dauidis regis ex matre que descendit ex Dauide. Iudicatus est a mundanis semel humilis. Semel quoq; mundum potentissime iudicabit.

ISAIAS (ERIT lux lune sicuti lux solis nōn de tempore primi aduentus hic loquitur in quo non erat cōsuetus ordo mundi mutādus ut alias diximus: sed de seculo post aduentum christi secundum. Nō enim cessabunt post ultimum iudicium celestia corpora uel elementa sed motus qui gratia quietis est institutus: atq; erit. Deinde exuberante lumine pulchrius uniuersū Adiungit (TVNC sanabitur uulnus populi & presura plage eius) quia destruetur mortalitas propter peccatum priorum parentum nobis inducta. Omnes enim homines ad inmortalem uitam resurgent: quod prophete plures aperte prenumptiant. Rationes autem resurrectionis in theologia illa nostra quā in agro regina

no apud achatem nostrum Iohanē chaualchantem composuimus : aduximus : ubi etiam adiū ximus Zoroastem & Mercurium & Platonem resurrectionem corporum predixisse : hebreorū uero prophetas plures hanc prenumptiasse nemini dubium.

ISAIAS (VIDEBIT semen longeuum)

DAVID (PONAM i seculum seculi semen eius. In duobus iis uaticiniis christus promittitur spiritale semen nō corporale : similiter sacerdotium & regnum spiritale quando dicitur apud DAVIDEM tu es sacerdos in eternū secūdum ordinem melchisedech & ponam tronum eius sicut dies celi : Rursus sedes tua deus in seculum seculi : Virga directionis/uirga regni tui) Et paulo post subiungit etiam quod pertinet ad Messiæ nomen dicens (VNXIT te deus : deus tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis) ipse eni excellentius omnibus regibus unctus sacratusq; est. s. quia adeo & in eternum merito autem supra dixerat eum esse sacerdotem seecundum ordinem melchisedech/hic enim Melchisedech in sacris uoluminibus sacerdos fuisse dei summi refertur : sed qui nō oleo comuni perunctus sit neq; qui ex successione generis susceperit sacerdotium sicuti apud ebreos fieri mos erat &

deo secundum ordinem illius cristus sacerdos futurus predicitur qui non olei liquore sed uirtute celestis spiritus consecretur.

NATHAN quoq; iussus est adeo predicere Dauidi de Messia exeius stirpe nasciturо: talia (CVM impleti fuerint dies tui: dormies cum patribus tuis & suscitabo semē tuum post te: quod erit deuentre tuo) Hic ergo qui post Dauidis mortem nascitur. Salomon esse nō potest immo est Messias rex æternus non temporalis ut SALOMON / & qui non temporale sicut Salomon: Sed eternum deo templum hedificat. Sequitur enim sic deus ad nathan (Et reparabo regnum eius/ hic ædificabit mihi domum nomini meo & dirigam thronum eius usq; ineternum ego ero illi inpatrem & ipse erit mihi infilium. s. quia messias dei filius magis est: ꝙ dauidis & paulo post addit (Et regnum eius eritusq; ineternum coram me. s. quia inspiritalibus bonis noncorporalibus / ideo subiungit. Et thronus eius erit erectus usq; in eternum. Hoc regnum maumethes intelligens melius: ꝙ pertinaces iudei inquit malchorāo Verbum dei iesus cristus marie filius acreatore mundi missus est ut esset gentium omniū facies in hoc seculo atq; futuro. Tale fuit ie

su nazareni regnum quale a prophetis cristo pro
mictitur: ideo ipse ait. Regnum meum non est
huius mundi. Pontificibusq; eius successoribus
in spiritalibus rebus proprie reliquit imperium
necusq; ad mundi finem substãtialis & precipua
pontificum inquantum pontifices sunt & cristi
uicarii iuris dictio ulterius se extendit. Rerum
uero terrenarum dominatio & administratio
pontificibus accessoria est tanq̃ accidens non in
quantum uicarii dei/sed inquãtum Constantini
cæsaris sunt heredes/hæc autem dicta sunt non
ut auctoritatem rerum temporalium pontifici
adimamus. habet enim re uera quanuis tanquã
accidens quoddam sine quo trecentos annos
olim pontifex uerus fuit atq; esse potest. Sed
ut tela iudeorum hac ueritate facilius deuite
mus. Nam ubi Daniel sub quatuor bestiarum
figuris quatuor regna significat per quartam be
stiam iudei omnes imperium romanum intelli
gi uolunt/quoniam uero Daniel ait quartã tam
bestiam destruendam fore per regnum a deo
cæli suscitandum. Exponunt iudei romanum
imperium in aduentu messie destrui debere.
Addunt regnum ecclesie idem omnino esse
atq; romanum illud antiquum licet angustius.
Vnde concludunt impium regnum esse postq̃

per messiam ab eis expectatum est dissoluen
dum. Quod quidem inde confirmant quia Da
niel ait ex quarta bestia cornu paruulum pulu
lare/quod sermones contra excelsum loquatur
qualem uolunt fuisse iesum eiusq; uicarium Hu
iusmodi uero machinatio falsa est tum quia re
gni romani ratio in rebus corporalibus consistit.
Christiani regni ratio in rebus omnino incorpo
ralibus. Diuersa igitur regna sunt /unde etiam
hodie imperatorem nostrum a pontifice diuer
sum esse uidemus tum quia Daniel dicit q illud
cornu faciebat bellum contra sanctos & preuale
bat eis/quod de iesu eiusq; uicario ei simili dici
nullo modo potest: adde quod ibidem Daniel
predicit quartam bestiam perituram quando ue
niet ille quasi filius hominis in nubibus cæli/
Totum hoc in secundo cristi aduentu est im
plendum quando cum maiestate & potentia
summa accedet ad iudicandum. Nullo autem
modo in aduentu primo in quo non potens ma
gnificusq; sed tanquam lapis abscissus & abiectus uē
turus a daniele prenumptiatur (CORNV) ue
ro illud Antichristus erit (PARVVM) sili
cet quia ex uiliori iudeorum fece Antichristus
trahet originem (ANNECTITVR quarte
bestie) .i. tirannice potestati. Bestia enim hec

tirannidem uniuersam mūdi significat abinitio romæ usq; ad mundi finem: que casura est una cum summo tyranno anticristo insecundo cristi aduentu ad iudicium circa finem mundi/dicit enim Daniel (Iudicium sedit) dicit rursus (statim finis) Sunt qui uelint cornu illo non modo anticristum: uerum etiam tyrannicam heresim hereticamq; tyrannidem Maumethis regis arabū significari: esse eni ymaginē anticristi queādmodum Ioannes baptista fuit ymago cristi Quod autem quarta bestia tyrannidem uniuersam inqualibet mund parte aromanis primis exortam usq; ad anticristum & mundi finem significet exeo patet q omnes etiam iudei consentiunt per bestiam primam significari uniuersā mundi tyrānidē ab initio mundi usq; ad Nabuchodosarem. Exitus enim rerum ex ordiis proportione quadam congruere debēt

CAPITVLVM. XXIX. Contra iudeos q miseri sunt incristi uindictam.

IQVIS Hebreorum historias consideret reperiet eos nunq̄ graui calamitate oppressos fuisse nisi quotiens scelus aliquod turpissimum patrauerunt. ante babillonicā seruitutē in idolatriam inciderunt utasq; hierosolime urbis prophetarum sanguine repleuere: quemad

modum inregum libro legitur/cetera q; similia facinora commiserunt propterea passi fuerunt ser uitutem annorum septuaginta inbabillonica re gione deinde usq; adtempora iesucristi nostri la tis iuste uixere/quem non aliter tractauerunt ꝙ prophetas ante illum eius gratia missos. Cum uero post ꝙ iesum interfecerunt diutius acerbi usq; ꝗ unquam antea puniantur necessarium est tunc illos scelus idolatria & prophetarum cede immanius patrauisse. Vnde Hieremias non au dierūt me nec iclinauerūt aurem suam: sed idura uerunt ceruicem ac peius egerunt ꝗ patres eorū quod quidem ostendit Iesum uerum messiam & plusquam prophetam & plusquam diuinum hominem: immo deum re uera fuisse. Dicite queso iudei cur inuestro illo legum nouarum uolumine Talmut/quod fere quadringentis post iesum annis composuistis crudeliores ad uersum cristianos leges: ꝗ Nero & Domitia nus excogitare potuerint: statuistis? Cum ta men non acristianis: sed aro manis idolatris disp si fueritis. Curtam uenenosis execrationibus no bis precipue ter saltem quolibet die insacris ue stris mala grauissima imprecamini? cum nos ꝓ uobis oremus deum & mitiores etiam ꝙ mau methenses erga uos simus/non putatis cristianā

legem Maumethensi ignobiliorem esse ꝛ immo prestantiorem. Verum instigat animos uestros clam: ut arbitror ipsa natura ad odium cristianoꝝ quia uidelicet ꝑpter iesum cristum diuina uos iustitia dissipauit. Videre licet quo pacto cristiane uindicte quanuis inscii aditum patefecistis, profecto quia inter uos multi propter impiam negligentiam & ignorantiam scripturarum inermem Iesum fuisse uerum messiam nō crediderunt Idcirco mox uel expectantes: ut Suetonius inquit: uel iam ut multi interuos opinabantur habentes alium, qui armis potens esset aromanis audacter rebellauistis/ obquam rebellionem funditus euersa urbs/ homines occisi dispersiq; sunt/ hec habemus a Suetonio Perditi ergo estis /quia Iesu cristo non credidistis quod quidē Iosephi uestri uerbis possumus confirmare/ qui multa diuine in iudeos indignationis adducit signa & miracula euidētissima & horrēda at ꝫ affirmat in summa celebritate uestra urbem ierosolimā inquam tunc azimorum gratia tota ferme iudea confluxerat obsessam aromanis fuisse. Certum est autem iisdem diebus uos iesum superioribus ānis interfecisse Addit Titum/ qui obsederat urbem solitum dicere propter multa portenta deum ita esse iudeis

iratum ut timeret ne ei quoq; irasceretur si iude
is ignosceret. itaq; licet Titus non esset simil
terq; Vespesianus : tamen impellente deo cru
delius immo iustius actum est: quam romani ū
quam alias consueuerint Siquidem in ea urbe pe
rierunt fame ferroq; supra undecies centena iu
deorum milia / uenūdata uero sunt plura q̄ nona
ginta milia captiuorum. hec Iosephus qui & in
terfuit atq; Eusebius. Addit Iosephus hec cum
Titus circumiens peruidisset repletos mortuo
rum cadaueribus uallos & humani corporis ta
bo patriam terram rigari cum ingēti gemitu ele
uatis ad celum manibus deum inuocat testem
hoc suum opus non esse. deinde inde ita subiun
git. Arbitror equidem q etiam si aduersum im
pios romanorum paulisper arma cessarent aut
hiatu terre aut aque diluuio aut sodomitanis
ignibus & fulminibus celitus missis mortis suppli
cium ciuitas pepēdisset / que multo infaustiorē
illis qui talia perpessi fuerant & nequiorem uiro
rum presentem hanc protulisset deitatem pro
quibus & omnis gēs pariter mereretur extigui
Idem confirmat philostratus multa Appollo
nii teanei his uerbis. Titus captis hierosolimis
omnia circum loca cadaueribus compleuerat /
finitime autem gētes ob uictoriam coronare eū

crudelis

uoluerant/ille uero tali honore idignum se esse respondit/nō enim se fuisse talium operum auctorem sed deo iracundiam contra iudeos demōstranti suas manus prebuisse: hec Philostratus. Adfuit in ea obsidione Vespasianus/qui cum urbe deleta: de iudeis triūphauisset/queadmodū Suetonius narrat statim coram populo duo fecit miracula. Nam cecum & claudum tactu solo curauit/is tamen neq; antea unquam neque postea tale aliquid fecisse narratur quasi diuino auxilio miracula illa fecerit/statim cum diuino impulsu cristianum sanguinem uendicasset. Quamuis enim satis iustus esset: nō tamen ea uel sāctimonia uel doctrina & arte ut miracula posse facere uideretur. Clemens & Egesippus apostolorum discipuli scribūt iacobum fratem domini usq; adeo iustitia prestātē opinione omnium extitisse ut & iudeorum prudentissimi qui q; crederent hanc causam fuisse oppugnationis hyerosolimorum. Sub uespasiano statim post necem Iacobi consecute q; in illum sceleratas manus iniecissent: & Iosephus ita sibi uideri p hec euidenter indicat que omnia iquit acciderūt iudeis pro uindicta Iacobi iusti: qui erat frater yhesu qui dicit christus quē iustissimū & piissimū omniū confessione uirū iudei iterfecerūt

hec ille. Quod autem christiani sanguinis uidi
cādi causa deus eos perdiderit ex eo patet q̄ nul
lum aliud illis temporibus facinus patrauerunt
cuius causa deus illis uideretur tam acriter indi
gnari debere. Indignatus tamē erat omnino/q̄
Iosephus ipse qui aderat in septimo belli iudai
ci libro sic aperit. Infoelici inquit plebi deterrimi
quidam homines & deceptores falsa uaticinātes
suadebant ut euidentibus signis & inditiis iracū
die & indignationis diuine nō crederent: quibus
aperte futurum & urbis & gentis portendeba
tur excidium: sed uelut amentes & qui neq; ocu
los neq; animam haberent: spernebāt omnia
que celitus numptiabantur. Et enim stella pre
fulgēs gladio per omnia similis imminere desu
per ciuitati: & cometes preterea exitialibus flā
mis ardere per totum uisus est annum. Sed &
ante excidii tempus ac belli cum populi ad diē
festum azimorum cōuenirent octaua die men
sis xandicis qui est aprilis noctis tempore hora
nona tantus luminis fulgor aram templumq;
circundedit ut putarēt omnes diem clarissimū
factum & permāsit spatio hore dimidie: quod
imperitis quidem & ignaris prosperum uideba
tur: Sed legis peritos & doctos & probos quos
q; doctores nō latuit exitiale portētū. In eadē

quoq; festiuitate uitula sacrificiis admota & aris assistes inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris ędis que respicie bat ad orietem cum esset ære solido iduta ac p inde inmesi ponderis quæ uiginti uiris summo conatu impelletibus clauderetur ferreis quoq; uectibus & seris munita ac pessulis inaltum demissis teneretur obstricta repete hora noctis sexta apparuit sponte patefacta. Sed & trāsacto die festo post aliquot dies prima & uigesima die mēsis artemesii idest maii prodigiosus apparuit uisus & fidem pene excedens: quod certe falsū putaretur nisi oculorum fidem cōfirmasset ma lorum cosecuta pernities / & enim propesolis occasum uisi sunt currus & quadrige in omnem regionem per aera ferri / & armatorum cohortes misceri nubibus & urbes circundare ag minibus iprouisis in alio autem die festo qui pentecosten appellatur noctu sacerdotes ingres si templum ad misteria ex more complēda pri mo quidem motus quosdam strepitusq; sense runt. tum deinde uoces subitas audiūt dicentes Migremus hinc. Additur iis aliud terribilius / Et enim quidam Ananie filius Ioannes nomine uir plebeus & rusticus ante quartum belli annū cum ciuitasinpace & abundantiaperduraret in

die festo tabernaculorum repēte clamare cæpit Veh ab oriente. Veh ab occidente. Veh a quatuor uētis. Veh sup Ierosolimam & super templum. Veh super sponsos & sponsas. Veh super populum & indesinenter die noctuq; p omnes plateas circum iens hoc clamabat usq; quo quidam primores ex populo uiri uelut infausti presagii indignatione conmoti correptum hominē uerberibus multis afficiunt / at ille nequaquam pro se aliquid loquens sed ne eos quidem qui circum steterant deprecans easdem uoces pari obstinatione & clamore repetebat / tum principes intelligētes ut reserat numinis esse motus in uiro perducunt eum ad iudicem romanum / apud quē flagris ad ossa usq; laniatus neq; preces neq lacrimas fudit: sed eadē uocē miserabiliter & cum quodam ululatu emictēs per singula pene uerbera proferebat addēs etiā hoc uē ue hierosolimis / hucusq; Iosephus. Sed āte illum Iesus mala hec ita predixerat. Veh pregnātibus & nutriētibus in illis diebus. Orate autem ut nō fiat fuga uestra hieme neq; sabato / erit enim tunc tribulatio magna qualis neq; fuit ab initio seculi hucusq; neq; erit. Videns igitur Iesus ciuitatem fleuit super eam dicens Si agnouisses & tu in hac die que ad pacē tibi sunt: nunc autem

abſconditum ē ab oculis tuis : quia uenient dies ſup te & circundabunt te inimici tui uallo / & circuibūt te & per urgebūt te undiq; & ad ſolū deducēt te & filios tuos inte / erit neceſſitas magna ſup terram / erit populo huic & cadent iore gladii & captiui ducentur in omnes gētes & hieruſalem erit cōculcata agentibus quouſq; compleantur tempora gentium. Cum autem uideritis circundari ab exercitu ieruſalem tūc ſcito te quia apropinquabit deſolatio eius. Predixit & alia his ſimilia : que ſiquis cum Ioſephi hiſtoria cōferat de cristi diuinitate dubitare nō poterit. Quid preterea dicetis ad hec o miſeri q non ſemel tantum afflicti eſtis aut breue tempus, quemadmodum ſolēt / qui pro delictis humanis poenas dant : ſed tāquam ſempiterno deo penas pro leſæ maieſtatis crimine dantes & ubiq; & ſēper miſerabiles ob erratis / neq; id quidē iniuria Sēper enim peccatis / tū quia pertinaces eſtis tū quia miſterio criſti detraxtis. Quāuis autē multe nationes criſtianis obſtiterint rigidius tamen uos : ꝙ alii iure puniti eſtis / & puniemini quia olim ſup ceteros honorati adeo nimium igrati fuiſtis ꝓphetas occidiſtis & criſtū primi omniū criſtianis tum in iudea rapinis & nece tum ubiq; gentiū iſidiis ad uerſati eſtis : Excitabatis ubiq;

contra eos gentium uires/unde & exemplo & istigatione multorum iudeorum christiani pas sim lacerabant. Verum celestis dux exercitum suum undiq; obtruncatis miris modis instaura bat & mirifice augebat: fuisse autem uos inchri sti uindictam dissipatos maumethes etiam cō fitetur: qui ait inalcorano/deum eripuisse yhe su animam exmanibus iudeorum: reduxisse ad se atq; exaltauisse: sectatoresq; cristi psecutori bus preposuisse etiam usq; admundi iudicium atq; finem decreuisse insup incredulos iudeos omni uindice tutoreq; priuatos inhac uita & al tera cruciatibus summis affligere. Sed audite Moisem uestrum egiptium ilibro iudicum or dinarioꝝ ita dicentem. Ihesus nazarenus uisus est esse messias/ac sententia iudicum inter fectus causa fuit ut destrueretur israel gladio: hec ille. Verum diuina iustitia quamuis statim post iesum ferme singulis annis usq; ad titum diuersis & grauibus calamitatibus cedibusq; nos opresserit: quod florus. Iosephus Philo Euse bius ostendunt tamen sunmum illud nostre ur bis excidium anno post Iesum quadraginta ideo distulit ut & uos penitentie tēpus haberetis & cristiāne legis exordium extante urbe uestra & semota rerū temporumq; cōfusione cunctis

seculis clarius innotesceret. factum est etiam ut stante urbe uiolentius a uobis torqueri cristiani potuerit exactiusq; probari. Puniuit autem uos cristus idolatrarum manibus non cristiano & ut ostenderet cristianos suos absq; ulla uiolentia & uiuere debere & posse regnare / atq; tam miraculose puniuit ut nichil miserabilius uel unq̄ fuisse uel fore tam cristus predixerit: q̄ Iosephus confirmauerit. Legite quitum de his rebus Iosephi librū / uidebitis etiam matres fame filios deuorasse / Sed ut breuibus omnia coprehendam nulla excogitari potest tragedia luctuosior. Atq; hanc quidem miseriam icristi uindictam fore plebs olim uestra predixit. Nā cum Pilatus ait. Innocens ego sum a sanguine iusti huius / uos uideritis / illi respōderūt Sāguis eius super nos & super filios nostros.

RESVMPTIO: Probationis de cristiana uindicta intra capita.

QVONIAM Vero uarias quotidie huius uestre calamitatis causas diligenter excogitatis quo cedis christiane culpam subter fugiatis rem omnem ab initio repetentes itria capita colligamus: Tria potissimum ieo scelere cuius culpa dispersi estis concurrere opportere necessariū arbitramur primū

quidẽ illud quod ab itio tetigimus quod uide
licet multo grauius sit: quam ea culpa ob quã
olim in babilloniam dispersi fuistis & tanto saltẽ
grauius: quanto conditio uestra post iesum de
terior ẽ quam in ea dispersione. Calamitas hec
acede uestrorum in enarrabili & uilissima uendi
tione traditur icepisse sepe quidem alias & gra
uiter ante Titum & post iesum maxime uero
Ierusalem sub Tito & in Mesopotania sub Tra
iano & Biter sub Adriano passimq; sub Gallo.
Quod quidem in ea/ que ante christum fuit nõ
contigit. Addite quod sub Claudio ultra ce
teras calamitates etiam fame extrema ut iquit
Lucas uos deus oppressit. quam quidem Clau
dii tempore magnam fuisse in iudea etiam Iose
phus asserit Rursus in aliis dispersionibus duces
uestri generis honoratos passim habebatis le
giptimumq; sacrorum uestrorum cultum inte
grum seruabatis/ in hac uero nequaquam. prete
rea uos deus tunc prophetarum missione con
solabatur qui uel citam liberationem pollice
bantur/ qualis Hieremias atq; Ezechiel uel iã
instantem monstrabãt. qualis Daniel. Esdras
Ageus & zacharias. Ex quo apparet deum uos
tunc tanquam filios habuisse non ut hodie tan
quam hostes. Nullũ enim post Iesum prophe

tam habetis/quod uobis minatus est psalmus. Iam nō est propheta & nos nō cognoscet amplius. Cur deus uos uita maxima ex parte atq; sacerdotio regno. prophetis iam diu ōnino priuauit? ut ostenderet uos omnis diuine spei hereditatisq; expertes tanq̄ rebelles iam pridem reprobauisse/Quomodo ergo messiam ab eo expectare potestis? a quo Messiæ precones & similitudines minime impetratis. Postremo alias ad breue quoddam tēpus & ad regiones quasdā post Iesum ad longissimum immo ad uniuersū perq; omnem orbem estis exterminati ut pote qui in deum ipsum/qui semper & ubiq; est cum peremistis Iesum proprie deliquistis: cum occidistis ꝓphetas idei nūptios peccauistis/cū coluistis idola regnū deo quātū iuobis fuit abstulistis/quid reliqui uobis supat nisi ut i personam dei propriam seuiretis? Si igitur occidentes iesū scelus conmisistis prophetarū cede & idolatria maius tunc certe seuistis in deum. atq; e conuerso si quando manus i deum impias iniecistis tūc solum id fieri potuit cum iniecistis in iesum/qui solus ī orbe terrarū solis uirtutibus prodigiisq; esse se uerum sūmi dei filium deūq; mōstrauit De primo actenus dictum sit. Secundo uero loco ad culpam hanc uestram ob quam miseri

exulatis pertinet/ut uobis ōnibus ubiq; & sem
per comunis sit. Singuli enim continue ubiq;
gentium miseram uitam ducitis Nullum uero
aliud scelus excogitari potest/quo singuli assi
dueq; infecti sitis: nisi q uitam iesu suorumq;
discipulorum iprobatis: cedem uero probatis
quam ob causam cristiane cedis participes estis
quod quidem ita tetigit Ieremias. Quid uultis
mecum iudicio contendere? Omnes enim uos
deliquistis in me. Cum uero uitulū in oreb fa
bricatum uel prophetarum cedes uel alia que
ius maiorum uestrorum inmania scelera uitupe
retis careatisq; omni inclinatione seu ad prophe
tas occidendos seu ad idola fabricanda sequitur
ut nullo modo scelerum illorum proprie par
ticipes sitis. delirant igitur qui uos propter ido
la culta uel prophetas occisos hac calamitate
pressos existimant Tertium uero quod
ad culpam tante miserie causam adtinet esse ui
detur: ut occulta sit uobisq; ignota. Siquidē in
libro illo Talmutico qui inscribitur magnila
queritur cur inbabillonia peregrinantibus aflic
tionis terminus predictus fuit: quod ita Hiere
mias testificatur. Post q̄ completi fuerint inba
billone septuaginta anni uisitabo uos peregrinā
tibus autem post Titū nullus unquā miseriā

predictus est finis / Ad hoc ibi sic breuiter respō
detur. Tunc illis finis malorum ostensus est
quemadmodum & culpa obquam mala patiebā
tur aperta. his autem quibus ignota culpa est
ignotus & finis. hec ibi. Nullū uero aliud commu
ne scelus uestrum omnino est omnibus uobis
ignotum preter id quod in Iesum uestri commit
seruunt ac uos approbatis / Non solū enim ma
lum id esse nescitis: sed cum pessimum sit opti
mum esse putatis.

Capitulum trigesimum. Confirmatio rerū
nostrarum ex iudaicis contra iudeos desa
cris libris.

IRCVMFERTIS iudei passim ac sē
per: deo uolente: Hebraicos propheta
rum libros / ex quibus intelligere licet
cuiqꝫ cristianos prophetarū uaticinia nō finxisse
quod tetigit dauid. Deus meus demonstrauit
mihi de inimicis meis / ne occideris eos / nequan
do obliuiscantur legem tuam / disperge eos in
uirtute tua. Sic igitur inuiti testes estis nostre
ueritatis ubiqꝫ. Habemus & nos sacras prophe
tarum litteras a pluribus post cristum trāslatas
i grecum eloquium & latinum. Habemus insup
translationem illam apud Tholomeum regē
factam annis pluribus: ꝗ trecentis ante cristum

aduobus & septuaginta iudeis ex omni populo
ab eleazaro pontifice electis tanquam omniū
prestantissimis/quod grecus Aristeus regis illi
us familiaris/qui & interfuit ac Iosephus scribit
Addūt regem translationis huius gratia centū
milia iudeorum qui inegipto seruiebant aserui
tute suis pecuniis redemisse munera incredibi
lia templo pontificiq; donasse traductores mi
rum in modum honorauisse/qua ego translati
one libentius utor ut perfidam hanc plebeculā
iudaicam cum egregiis illustrium iudeorum il
lorum armis conuincam/neq; putandum est uo
lumina illa acristianis: quæ iam diu pridē per orbē
sparsa erant uitiata fuisse aprimis presertim: qui
ea tanq̄ rem celitus missam ueneran tes eorum
misteria sanguine defendebant.

DE MIRACVLIS

Venio ad miracula: que non negatis quidē
immo inpluribus historiis uestris tam aposto
los q̄ Iesum fecisse miracula confirmatis. Sed
quidam inter uos aiunt Iesum medicum apud
egiptios in pueritia paucis annis ad summum
magiam didicisse rem supra modum arduam.
quā tot tantiq; philosophi illuc undiq; confluē
tes inetate etiam perfecta multis annis uel mi
nima exparte discere non potuerūt. Quis nam

magus alias cum publice summa cum ignomi nia comprehensus occisusq; fuerit assequi stati potuit ut summus deus passim haberetur? qua nam magia usi sunt/rudes piscatores illi yhesu mortuo quos miracula fecisse necessarium est alioquin yhesus interemptus auctoritatem bre ui omnem penitus amisisset. Si magi erant cur nō ut solent ambitiosi homines se ipsos potius ꝙ yhesum predicabant mendicum publice in fami morte perentum? qua uero arte aut rusti ci piscatores illi Paulum & Appollo iudeos ho minum omnium doctissimos /multosq; alios ualde eruditos & claros adsustinendam mortē irretiuerunt? aut Paulus Hierotheum & Dioni sium areopagitam philosophos platonicorum omnium excellentissimos ceterosq; similes si militer inlaqueauit? que iocunditas? que utili tas illis magie proposita erat quotidie nō sui: sed christi amore periclitantibus. Vnde Iustinus philosophus excellens in libro: quem ad Anto ninum imperatorem ꝓnostra religione scripsit inquit. Ego ipse sectis platonicis institutus au diens uituperari christianos ac uidens eos impa uidos ad suscipiēdam mortē atq; omne suppli cium tollerandum considerabam ꝙ impossibi le esset eos inmalitia & inlibidine conuersari:

hec ille: Sed audire libet tertullianum tempo
ribus Iustini propinquum ad romanos iudices
ita clamantem. Omne malum aut timore aut
pudore natura perfuderit. Deniq; malefici ge
stiunt latere. Deuitant apparere. trepidat depre
hensi. Negant accusati. Nec hosti quidem faci
le aut semper confitentur. Certe dannati meret
Dinumerant insemetipsos. Mentis male impe
tus uel fato uel astris inputant. Nolunt enim
suum esse quia malum agnoscunt cristianis uero
quid simile? Neminem pudet neminem pe
nitet: Nisi plane retro non fuisse. Si denotatur
gloriatur. Si accusatur/non defendit. Interroga
tus /uel ultro confitetur. Dannatus gratias agit
Quid hoc mali est? q̄ naturalia mali non habet
timorem. pudorem. tergiuersationem. peni
tentiam deplorationem. Quod hoc malum
est? Cuius reus gaudet. Cuius accusatio uotum
est/ & pena felicitas. Redarguit preterea genti
lium iudicum temeritatē q̄ cristianos nullo un
quam crimine comperto ob solum secte nomē
crudeliter condempnarent Quod autem huius
modi secta sentiret neq; ipsi inquirerent/neq;
uellent a cristianis audire. Deniq; ut alias dixi
finis huius disciplinæ sanctissimus manifeste de
claratq;/non magia: sed diuinitate cristum eiusq;

discipulos miracula effecisse. Extat apud uos liber de Iesu nazareni uita / in quo legitur Iesum inter alia miracula / que illic multa narrantur etiam mortuum suscitasse / quia uidelicet solus recte pronūctiare sciebat nomen illud dei proprium. quod est apud uos preceteris uenerādū & quia quatuor solū licteris constat & illis quidem uocalibus difficillime omnium pronuptiatur / sonat autem ferme hunc inmodum HIEHOVAHI. i. fuit est erit. Atq; hec maior hebreorum pars opinatur. Si ita est cū nihil apud uos hoc nomine sāctius habeat̄ ideoq; nequeat prophanum aliquid confirmare / absq; dubio diuina est cristi nostri doctrina / que sicuti uos dicitis diuinissimi illius nominis uirtute sicuti autem nos asserimus dei uirtute coaluit

TESTIMONIVM Iohannis Baptiste & Iosephi.

Desinite iam delirare Iudei tam insani: q̄ miseri creditis ne diuino illi uiro / quem totus sine controuersia mundus honorat Iohāni baptiste? qui ut ait Iosephus erat re uera atq; publice habebatur omnium exemplar uirtutum Adquem tanq̄ ad oraculum plurima iudeorū ceterorumq; turba undiq; confluebat hec Iosephus uester. Ioānes autē iste yhesū nazarenū

esse messiam palam proculdubio affirmauit ius
sitq; omnes eum sequi: alioquin omnes: qui
tunc de yhesu locuti sunt exordium a ioannis
testimonio & confirmatione fecissent: eumq;
miris laudibus celebrasset. Patet autem cuiq;
uita a yhesu simul atq; Iohannis ab euange
listis narrari: horum amicitiam cum etiam ma
umethes non ignoraret utriusq;. s. Iohānis bap
tiste ac Iesu ortum uitā laudes in eodem alcho
rani capitulo decantauit. Appellauit Iesum spi
ritum uerbumq; dei Iohannem ibidem ait ma
gnum esse prophetam diuini uerbi confirma
torem / & certe ita confirmauit ut primos disci
pulos suos a Iohanne Iesus habuerit / Deniq; au
dite quid Iosephus uester in libris de antiquita
te iudaica / quos grecæ scripsit de christo loquat̄
Sicut etiam ante Constantinum in antiquis tā
grecis exemplaribus: q̄ latinis legebatur & legi
tur / quod Hyeronimus Eusebiusq; testantur /
neq; uitiari tantum poterant libri qui tam late
sparsi erant & insūma auctoritate ab omnibus
habebantur eo presertim tempore quo cristia
ni calūpniatoribus ubiq; maxime omniū subi
ciebantur. neq; tamen aquoquam inimicorum
notatos illos reperio quod uel Iosephi uel pro
phetarū libros corruperint. Sed ueniamus ad

Iosephum. Fuit inquit iisdem temporibus Ie
sus sapiens uir: si tamen uirum eum nominare
fas est. erat enim mirabilium operum effector
& doctor hominum eorum, qui libenter quæ
uera sunt audiunt & multos quidem iudeorum
multos etiam ex gentibus sibi ad iunxit. chri
stus hic erat aliter credebatur Hunc accusatio
ne primorum nostre gentis uirorum cum Pila
tus in crucē agendū esse decreuisset: non dese
ruerunt ii qui ab initio eum dilexerunt. Appa
ruit enim eis die tertio iterū uiuus quemadmo
dum diuinitus inspirati prophete uel hec uel
alia de eo innumera miracula futura esse predi
xerant/ Sed in hodiernum diem Christianorū
qui ab ipso nuncupati sunt & nomen perseuerat
& genus: alibi quoq; sic ait. Ananias iunior ꝓ
teruus & insolens moribus fratrem iesu qui dici
tur christus nomine iacobum & alios quam plu
rimos quasi contra legem agentes accusans tra
didit lapidandos. Qui autem uidebantur esse
moderatissimi ciuitatis & circa legis integrita
tem. habere sollicitudinem grauiter hoc tule
re: miseruntq; latenter ad regem rogantes eū
ut scriberet ananiæ ne talia perpetraret: cum
neq; prius recte fecisset: hec Iosephus inuigesi
mo antiquitatum libro.

DE RESVRRECTIONE CRISTI

ETERA quidem miracula Iesu quia se pæ & multa & coram populo facta sunt & decā tantur a multis: negare non audetis/Resurrecti onem autem quāuis multi de illa scripserint: ta men quia non omnibus nota fuit omnino nega tis. hanc tamen a Iosepho cōfirmatam uidetis An nescitis corpus illud Iesu/quod post resur rectionem in mortāle diuinūq; omnino fuerat effectum non decuisse quorūlibet mortalium oculis: sed ab illis dum taxat uideri/qui statuti testes aliis adeo fuissent. Viderunt autem Iesū ex mortuis suscitatum quadraginta diebus sepæ & plures neq; solum apostoli uel discipuli: ue rū etiā plures q̄ quīgēti fratres simul cōgrega ti quod testatur Paulus apostolus dicens. mul tos illorū ad huc cum illa scriberet uiuere. Re surrexisse uero Iesum non illi solum testantur uerum etiam mille hominum milia tam iude orū: q̄ gentilium qui sicuti & illi pro sola Iesu publice ignominioseq; interfecti gloria certam acerbissimamq; mortem libentissime subierūt Deridenda est igitur ficta illa a uobis historia Iesu discipulos corpus eius sepulchro surrectum in ortis iter herbas occultauisse. Sed paulo post ab exploratoribus ad hoc ipsum a pontifice missis

fuisse repertum/O inprudētes nimiū & inepti Cur cadauer illud inforo non suspendistis: Si delere Iesu gloriam penitus studebatis? Sic eni omnes subito nazarenam sectam deseruissent

CAPITVLVM trigesimum primum.

Confirmatio trinitatis dei & diuinitatis christi exiudaicis.

VID diuinam trinitatem uituperatis uestrorum misteriorum prorsus ignari? legite uestrorum iterpretum comentaria super psalmum. (Deus deus dominus locutus ē & uocauit terram) In illis enim queritur quam ob causam psalmus ter uocat deū/Atq; respōdetur. ut uidelicet ostēderet deum tribus his nominibus seculum creauisse secundum tres ꝓprietates quibus creatus est mundus/he uero sunt. Sapientia. Scientia & Prudentia sicut legitur inprouerbiis Salomonis (Dominus insapientia fundauit terram/ordinauit celos ī prudentia: inscientia sua abyssi erumpunt. Ter quoq; nominatur deus inexōdo. (Ego sum dominus deus tuus: deus zelator. Ecce tria diuina nomina secundum tres dei propietates/quibus cōstituta sunt omnia. Legitur similiter in libro Iosue. (Deus deus dominus ipse scit/) hec ibi Similem expositionem incomentariis uestris in

genesim reperietis in ea parte precipue. (In principio creauit deus celum & terram) ubi rabi Eliazar inquit Non est creatus mundus nisi per uerbum uel cum uerbo dei sicut habetur i psalmo. Verbo domini celi firmati sunt.) & sequitur ibidem. Rabi Simeon inquit inspirauit uel insufflauit deus spiritũ sanctum & creatus ẽ mũdus sicut in psalmo legitur. (Spiritu oris eius omnis uirtus aliter exercitus eorũ hec ibi. Negatis deũ filiũ naturalẽ.i.eiusdẽ nature habere deus tamen ipsalmis ait. (filius meus es tu ego hodie genui te. neq; hoc de ãgelis animisq; dici potest/qui nõ geniti: sed creati sũt. Nõ eni de substantia dei/sed denichilo processerunt: Ideo et si quandoq; dicuntur insacris licteris filii dei nunquam tamẽ adeo dicuntur geniti/dixit autẽ Hodie.i. in eterno hodie.s.inpresenti illo eternitatis statu qui neq; principium habet neq; finẽ/quicquid eni ex substãtia dei est & in tra deũ eternum est. Ideo in psalmo: Deus iudiciũ tuum regi da: ubi manifeste defilio dei tractatur de ipso filio dicitur. Erit nomen eius insecula & ante solem permanet nomen eius/Quod autem de filio dei eterno sit sermo illud declarat q ubi translatio nostra dicit permanet hebraicus textus habet ynnõ que quidẽ dictio anyn

deriuatur nyn filius est. ynnon ergo quid aliud significat q filium progenitum natum atq; ab solutum? quod deus filium habeat Salomon in prouerbiis testimonio est. Quis ascendit in celum atq; descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in uestimēto? quis suscitauit omnes terminos ter re? quod nomen est eius? & nomen filii eius si nosti. Audite insuper Isaiam ad deum ita cla mantem. Sanctus Sanctus Sanctus Dominus deus sabaoth. Ter sanctus trinitatem diuinarū significat personarum. Dominus i singulari uni cam dei substātiam. Plena est omnis terra glo ria eius. hoc adsumptionē hominis a uerbo dei factam significat. Nam ibidem Isaias deum in throno subfigura hominis collocat. Vt autem ostenderet uos misteria huiusmodi non satis in tellecturos adiungit de cecitate surditate per tinacia uestra multa/que narrauimus alias. Indu cit & alibi deum ita loquentem. Accedite ad me. Audite/hec a principio non in abscōdito lo cutus sum: ex tempore quo facta sunt ibi eram & nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Ille ergo qui a principio. s· legis non est locutus in abscondito. s·. quia palam in monte Sinai om nibus audiētibus. qui & illo tempore ibi erat ui

delicet ipse deus legis auctor nunc adeo micti
tur idest filius deus genitus apatre deo naturã
asummit humanã. Spiritus etiam dei hunc mic
tit/quoniam perspiritum sanctum facta est dei
hominisq; coniũctio. Quilibet istorũ qui mic
tunt necessario deus est/quando qui mictitur
est deus. & quãuis deus unus sit aliqua tamen
licet icogitabilis distinctio est iter eos qui mic
tũt atq; illum qui mictit᷑. Quod autem qui hic
inducitur tanq̃ loquens sit ipse deus patet per
antecedentiam. Dicit enim. Ego primus & ego
nouissimus manus mea fundauit terram patet
etiam persequẽtia nam post omnia : que adduxi
mus subditur. Hec dicit dominus redẽptor tu
us santus israel. Sed audire licet dauidem ita cla
mantem. Quo ibo aspiritu tuo᷑ & afacie tua
quo fugiam si adscendero incelum ibi es inqui
bus uerbis spiritum dei ubiq; uult esse iudei au
tem & cristiani solum deum ubiq; esse uolunt.
Cõstat igitur spiritum illum nõn spirationem
quandam extra deum sed spiritum sanctũ deũq;
existere/dequo inquit Iob. Spiritus dei fecit
me & spiracul ũ omnipotentis uiuificauit me
facere autem hominem .i. animum atq; uiui
ficare solius dei offitium est preterea inuestris
illis super genesim cõmentariis queritur quid

sit/ (Spiritus ille dei qui ferebatur super aquas/ Ac respõdet ibidẽ. Messiæ hic spũs est/ de quo apud Isaiam legitur & requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientiæ & itellectus hec ibi. Ex quo patet & spiritum illum deum esse & messiam esse deum/ Item in eisdem comentariis Rabi Simeon dicit/ Quid est illud quod in psalmo legitur. (Spiritu oris eius omnis uirtus eorum & respondetur/ hoc est inspirauit deus spiritum oris sui & creatus est mundus. Accedit ad hec q rabi Moises gerũdẽsis exponens. In principio creauit deus celũ & terrã/ iquit In principio.i. in sapientia que est principium principiorum. Atq; ideo in translatione ierosolimitana loco eius quod est (In principio) habetur (in sapientia (Quod autem in deo sit sapientia quedam adeo concepta ab æuo tã℞ proles Salomõ propheta sic aperit/ sapientiam inducens ita loquẽtem. Audite quia de rebus magnis locutura sum. Deus possedit me initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio ab eterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra fieret/ non dum erant abyssi & ego iam concepta eram/ nec dum fontes aquarum eruperãt nec dum montes graui mole constiterant. ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non

fecerat & flumina & cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderam quando certa lege & giro uallabat abyssos. usq; ad eam partē cū illo eram cuncta componens letabar autē corā ipso in omni tempore. In iis patet quod sapientia huiusmodi ab æuo non modo (concepta erat) sed & parturiebatur / immo tā℘ absoluta iam aderat & letabatur & tanquam suo quodā pacto a generante distincta. Cum illo erat & cuncta componēs tan℘ ipsa sit deus. Quæ quidem licet a patre gignatur semper tamen cum patre simul extitit. Que enim sine motu fiunt, momento efficiuntur. talia uero dum fiūt iam sunt / quemadmodum aer dum illuminatur iā illuminatus ē & ueritas ratioq; rerū dum intelligitur / iam est intellecta. uerbum ergo ratioq; ipsa dei quia & sine motu & itelligibili modo gignitur / dum concipitur iam paritur. dum parit simul adest simulq; cuncta componit. Antiquissima apud patres uestros hec sententia fuit Siquidem Moyses ait (In principio creauit heloym & cetera heloym plurale est / Singulare enim eius est (heluel) (Creauit) singulare. nē pé quia i una & simplici dei essentia est quidam numerus personarum ideo Moyses & alii multi hebreorū in solo deo hoc modo loquendi

usi sunt nomine quidem plurali & singulari uer
bo atq; econuerso utentes. Significatur similis
indeo numerus etiam ultimo Iosue libro (Nō
poteris seruire domino quia deus sanctus ipse (
hebraica ueritas habet (Quia heloym sancti ip
se) Rursus Hieremias (Peruertistis uerba dei ui
uētis domini exercituū dei nostri) hebraica ue
ritas habet (heloym haym. i. deorum uiuētiū.
Quod autem sequitur habet singulare. sicut
& nos habemus / Iungitur nomen dei plurale
uerbo plurali inregum libro secundo. (Que
est gens ut populus israel : propter quam iuit
deus ut redimeret sibi inpopulum). Veritas he
braica dicit (Iuerunt heloym. i. dii Item ieccle
siaste legitur (Quis est homo ut possit sequi
regem factorem suum. hebraicus testus dicit.
Quis est homo ut intret post regem qui iam
fecerunt eum. Dauid cum deo ipsi dicit. Vnxit
te deus deus tuus oleo letitiæ nonne dif
ferentiam quandam ponit indeo inter eum qui
ungitur & eum qui ungit immo eos qui ungūt
Tetigit enim filium qui ungitur & patrem ac
spiritum quando de ungētibus dixit. Deus de helu hel
us. Quod autē deo ipsi loquatur patet ex pre heloy
cedētibus / predixit enim Sedes tua deus / Sed &
quando dicit de domino deo suo. Dixit domi

nus domino meo sede adextris meis non ne in
ter eum qui sedet ad dexterã & eum ꝓpe quem
sedet differẽtiam significat personalem? Quod
autem duo isti in natura conueniant translatio
caldea demonstrat/ dicit enim (Dixit dominus
uerbo suo. Apparet etiam per illa que ineodẽ
psalmo secũt. Exutero ante luciferũ genuite
.i. ante creaturas exintima mea substantia & in
trinsecus/ quod soli deo dei filio conuenit/ due
tamen persone monstrantur etiam cum dicitur
genuite Genitor namq; & genitus persona dif
ferunt. Quid ultra uagamur? Moyses rem ipsã
declarat/ inquit enim (Dixit deus faciamus ho
minem ad ymaginem & similitudinem nostrã
Et subdit fecit deus hominem. in hac oratione
bis deo singularem proprietatem attribuit/ bis
quoq; pluralem ut efficacius declaret in unitate
essentie esse numerum personarum/ hinc deus
loquens admoysem ait. Ego sum deus patrum
tuorũ. Deus habraam deus Isaach deus Iacob.
Primo unam dei substantiam esse designat/ de
inde trina repetitione ternarium personarũ nu
merum manifestat. Meminisse uero oportet q̃
quamuis in humano artifice potentia/ sapiẽtia
uoluntas/ siue bonitas quodammodo differant
nemo tamẽ ob huiusmdi differentiam dicit arti

tifex ille fecerunt uel artifices illi fecit / quia tria
illa personas non constituunt differentes. In so
lo autem deo & quasi semper sacre lictere cum
sigulari plurale coniūgunt. quia uidelicet ī illo
solo unica natura est ac tres persone / atq; in eo
non modo sunt tres uires quemadmodum in
artifice: sed tres etiam persone mirabili quodā
pacto distincte in uicem & unitae.

Capitulum trigesimum secundum. Confirma
tio passionis Messiæ contra iudeos ex iudaicis

ERIDETIS NOS RIDICVLI
q̄ messiam ob originalem culpam fuisse
passurum existimemus quod autem pas
surus fuerit multa & grauia primo quidē ratio
nibus / deinde ex mente tam prophetarum: q̄
interpretum uestrorum insupionibus sæpe mon
strauimus / Sed scio quid uolebatis / deum uide
licet sua quadam liberalitate uel clementia
absq; passione messiæ delicta hominibus cōdo
nare. an obliti estis antiq; illius sententiæ? quæ
apud doctores uestros semper quam plurimū
ualuit. Quod deus omnia precipue humana
duplici mensura gubernat misericordia s. & iu
stitia. (Vniuerse uie domini) inquit Dauid /
(misericordia & ueritas. i. iustitia Rursum. (Sāc
tum & terribile nomen eius). Mensuram qui

dem misericordiæ in sacris licteris significari ue
stri interpetres uolunt ubi dicitur. (Adonay.i.
dominus/mensuram uero iustitie ubi (eloym
.i.deus. Rabi ergo Iosue considerans nominis
utriusq; simul iuncti uirtutem apud. Moysem
dicẽtem. (Emisit adam dominus deus deorto
uoluptatis ad excolendam terram) inquit cum
mensura quadam iustitiæ atq; misericordie cre
auit deus adam/cum eadem dedit ei preceptũ
cum eadem eiecit eum. hec Iosue quia uideli
cet non in expulsione solum: uerum etiam in
creatione & precepto moyses similiter geminat
(Dominus deus) Visus est autem deus in crean
do adã iustitia quia nõ aliter formauit eũ: q̃ cõ
grueret tam eius idee que semper in deo est per
quam format: quam diuine bonitati cuius gra
tia format. Visus est rursus misericordia quia
nullis ade meritis precedentibus ei largitus est
uitam & reliqua bona/Misericors in precipiẽdo
fuit qui fructuũ pene innumerabiliũ usum abũ
de cõcessit. Iustus insuper qui minis quibusdam
esum ligni scientie boni maliq; prohibuit. Par
enim erat ut homo lege aliqua esse se deo sub
iectum agnosceret atq; declararet. Denique iu
stus fuit quando post preuaricationem ex pulsi
one puniuit/sed etiam ualde misericors quãdo

quidem finita quadam pena eum affecit/qui de linquens in deum infinitum quoddam modo infi nite peccauerat. Nūquid ergo sub messia adam genusq; humanū eius prole creatori deo absq; il lo misericordie iustitieq; uinculo/sola uidelicet misericordia uultis cōciliari? absit. Memētote eius quod i deuteronomio quotidie replicatis (Dei perfecta sunt opera & omnes eius uie iudi cia deus fidelis absq; ulla iniquitate/ rectus & iustus est) Congruum igitur dei misericordie fu it ut quandoq; sibi genus humanum cōciliaret/ congruum eius iustitie/ut satisfactio aliqua i. er cederet ac saltem messias pro ceteris satisface ret de quo Isaias. (Omnes nos sicut oues erraui mus & homo a uia sua errauit). i. omnes homi nes errauerunt quia pater omnium adam a uia sua errauit. Sub iungit de messia. (Et deus po suit in eo iniquitatem omnium nostrum.

Scio autem uos obicere hic ita solere. Ab surdum est scelere summo quod in occidendo messia a multis conmictitur dilui scelera homi num arbitrari neq; unius passio peccatis omniū satisfacit neq; iustum est messiam innocentem pro aliis nocentibus satisfacere/nos uero in hūc modum breuiter respōdemus. Non homicida rum scelere: sed messie uirtute in malis perferē

dis deleta sunt mala. Proinde in cristo patiente maior caritas uirtusq; fuit: quam odium uitiumq; in omnibus delinquentibus. Dignior q; cristi uni us uita: quam uita cunctorum. Quando ergo uitam suam pro omnibus tradidit loge plusq̄ satis fu erat / satisfecit. Satisfacere autem alter pro alte ro potest / quod fieri quotidie i rebus ciuilibus cernimus. in actibus eni excerioribus satisfactio consistit / ad hos autem & instrumenta & amici accipi possunt. Quoniam uero penitentia in ac tu mentis uoluntatisq; interiore uersatur / ad ip sum met penitentia pertinet qui peccauit peni tentia ergo delictorum afficiantur oportet qui libet peccatores / ita deum messias p quolibet satisfecisse uidetur / Tunc Isaie illud impletur (Vere lango res nostros ipse tulit & dolores no stros ipse portauit. attritus est propter scelera nostra liuore eius sanati sumus.) Neq; tamen inpunes hinc abimus qui ab initio mūdi ad finē ob peccatum illud originale incomoda multa subimus in cristo autem breuis passio fuit uir tus & perfectio mira. felicitas sempiterna . Statuerat deus ab eterno messiā fore humani generis. redēptorē. redēptorē dico qui a morti fere culpe seruitute redimeret dequo. Isaias. (Veniet ad syon redemptor. Atq; hec in mes

sia excellens dignitas est, qua quidem caruisset: nisi proprie carnis sacrificio maculas populi deleuisset. Compertum habemus in sacris histori is sanctos uiros semper oblatione sacrificiorum preserti saguinis asp̃sione deũ placare/impetrare ab eo dona, ab iminentibus periculis populũ liberare. leges diuinas sancire semel quot annis peccata populi purgare consueuisse/quod quã uis non legitime: tamen gentiles etiam sunt imitati/Sed ad hebreos impresentia ueniamus primum illud ingenesi legimus/ubi Noe post illud cõmune diluuiũ (Hedificauit altare domino: iquo holocausta optulit) quam ob causam placatus deus statuit ne ulterius diluuiũ huius modi mundo contigeret sequitur enim ibidem (Odoratus est dominus odorem suauitatis & ait dominus ad eum nequaquam ultra maledicam terre propter hominem) Secundum etiam ingenesi ubi abraã primũ precepto dei ad sacrificandum filium suum promptus deinde adeo p̃ angelũ prohibitus arietẽ deniq; obtulit deoq; mactauit. Cuius uoluntatis & uictime causa iure iurãdo interposito promisit abrahe deus singulare donum. i. omnes gentes insuo semine quecũq; uoluerint saluas fore. Tertiũ in exodo reperitur. Ibi enim aspersione sãguinis pasca

lis agni per postes liminaq; domorū dei popu
lus acalamitate egyptia liberatur (Videbo) in
quit. (Sanguinem & transibo nec erit in uobis
plaga disperdens. Quartum quoq; inexodo. Il
lic Moyses aceptam adeo legem sancire uolēs
super populum spargit sanguinem uictimarum
ut fedus hac ratione inter deum & homines cō
firmetur. Sic enim ibi legitur. (Moyses sump
tum sanguinem respersit inpopulum atq; ait.
Hic est sāguis foederis/quod pepigit dominus
uobiscum super omnibus hiis sermonibus)
Quintum inleuitico expiationis die tractatur
dequo ibi sic legit' (Inhac die expiatio erit atq;
mūdatio abōibus peccatis uestris corā domino
mundabimini. Sūmus quippe sacerdos itrans
sācta sanctorū semel quot ānis corā ꝑpitiatorio
& sup propitiatoriū sacrificiorū sanguinem dif
fūdebat. Aq; hoc sāguine ex institutione diui
na populi sordes abstergebantur. ratio cōstitu
tionis huius illic huiusmodi assignatur. (Quia
anima carnis insanguine est & ego sanguinem il
lū dedi uobis ut super altari meo expietis pro
animabus uestris quia sanguis pro anime piacu
lo sit. Quinq; hec anobis narrata ac etiam iis
maiora complecti debuit purgatio liberatioq;
populi sub Messia. Merito igitur obtulit ꝑ

omnibus deo ꝓprii sanguinis sacrificium: cuius quidem sanguinis aspersio tanq̄ ꝑfectissimum sacrificium inomnibus sup̄erioribus sacrificiis qua si signis portendebatur presertī ioblatione Isac apatre facta & inpasca. Adde & ipuero℞ omniū circuncisione: Noluit autem diuina misericor dia ut omnes homines ꝓpeccatis suis uitā cum sanguine funderent. sed ut ꝓcunctis unus sangui nem spargeret: quem ob hoc preceteris exalta uit. Que quidem asp̄sio quāuis ratione homici da℞ impia cedes fuerit: ratione tamen ꝓmpte uoluntatis christi se ipsum libentissime offeren tis/ diuinum sacrificium fuisse cēsetur: Quod quidem uos quot ānis imolatione pascalis agni insignum uestre expiationis salutisq; significaba tis/ ac deniq; inpasca imolatione mansueti iesu saluatoris est impletū/ quod etiā quotidie ī eu caristia quodamodo repetit᷑. Sic ergo cristus ē sacerdos ineternū semel seipsū deo sacrificās qui solus mundare alios perfecte potuit cum neq; inmundus fuerit neq; sui ipsius mūdandi gratia holocaustis īdiguerit quemadmodū ceteri āte illum sacerdotes/ qui non bestiarum sanguine non inpuro non alieno: sed humano puro pro prio humanas sordes familiāq; suam perfecte purgauit/ de iis diuine paulus apostolus in epi

stola ad hebreos. Quam obrem solutio pecca torum decentior fuit passione cristi ꝙ si deus absoluta potentia ignouisset preter enim id ꝙ ita fieri ad dei iustitiā & misericordiam / Rursus ad ostendendam excellentissimam cristi uirtu tem pertinebat. Ad humanam quoq; doctrinā misteriū huiusmodi preceteris sūmopere con tulit exemplo uidelicet obedientie mansuetu dinis. caritatis. magnanimitatis. fortitudinis. mortalium contemptus desiderii eternorum. Sic Isaie illud impletur. (Disciplina pacis no stre super eum. Ille siquidē fecit ut pacem cū deo atq; docuit ut inuicem haberemus. (Liuo re eius sanati sumus) non solum uidelicet quia pro nobis satisfecit: sed etiā quia doctrina nos et exemplis instruxit.

CAPITVLVM XXXIII. Confir matio peccati originalis & ob hoc passionis Messie ex iudaicis contra iudeos.

c VLPATIS sæpe nostram illam origi nalem culpam / ut pote qui prophetas uestros interpetrari nescitis. ab illis enī nōs hec didicimus. Isaias ad populum ita cla mat. (Pater tuus primus peccauit & interp e tres tui preuaricati sunt in me & cōtaminaui alt ter prophanaui principes sanctos & dedi ad inte

ritum Iacob & israel iblasfemiã. Pater primus .s. Adam peccauit quando preceptum diuinũ neglexit/ Qua pp (principes Sancti .i. patriar che ceteriq; iusti ab eo descendẽtes (Contami nati .i. tan ꝑ pphani adiuina uisione separati sũt quemadmodum contaminati atemplo separa bantur. Trãsiuit autem primi illius peccati pe na in omnes descendentes ab adam/ siquidem post delictum sic Ade conminatus est deus. (Maledicta terra in opere tuo. In labore con medes) Ita etiam mulieri idolore paries filios Cum igitur in omẽs pena illa trãsiuerit in om nes quoq; culpa trãsiuit. Non enim uerisimile est in cunctis hominibus tam diuturnam penã esse procul aculpa. Audite rursus quid apud Isa iam populo deus dicat. (Seruire me fecisti i pec catis tuis/ quia dominus deus ꝓ sceleribus serui populi expiãdis serui formã accepit/ nõ poterat seruire deus in quantum deus/ seruiuit igitur in quantum homo. fuit ergo messias deus & ho mo quod patet etiam per sequentia. Prebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis) idest penas propter iniquitatem tuam. (Noli timere ser ue mi Iacob ego sum qui delebo peccata tua idest quamuis delictum tuum usq; adeo graue sit ut ab humana spetie sola expiari nequeat

Ego tamen deus & homo penitus expiabo.
De baptismo quoq; & spiritu sancto ita subdit
Effundam aquam super sitientem (Effundam
spiritum meum super semen tuum & benedic
tione meam super stirpem tuam. forte etiam i
his significatur aqua / quam percussum cristi la
tus effudit & uite spiritus quem incruce pro no
bis emisit. Legite antiquorum uestrorum i ge
nesi comentaria in ea parte presertim ubi dicit
Moyses. (He sunt generationes celi & terre
cum crearentur. Reperietis ibi res omnes ab
initio pfectas omnino adeo creatas fuisse. Sed
post parẽtis primi peccatum statim omnes hu
manas presertim asua perfectione degenerasse
neq; prius adstatum pristinum reuersuras: q̃ fi
lius phares uenerit. i. Messias: qui a phares
descendit. Exquibus conicere potestis uitia pri
moꝝ inposteros fuisse translata: ac p Messiam
curanda. Sed aliter inprimo aduẽtu curauit. Cu
rabit aliter insecundo: Multi quoq; exdoctori
bus uestris ꝓphetas sanctosq; ueteris testamen
ti patres ante messie aduentum adinferos descẽ
dere arbitrantur: Quod quidem exhoc ꝓbant
q̄ habrahe adeo ingenesi dicit (TV ibis adpa
tres tuos: exquo Rabi Rhabamon argumenta
tur: quia patres habrahe idola coluerunt / ut

apud Iosuem legitur. Habrabam quando fuit ad illos ad interos descendisse. Idem de Isac in genesi traditur. (Defunctus est Isaac & mortuus & additus est adpopulos suos. Idem ibidem de Iacob/Idem de diuide in libro regum tertio. (Dormiuit Dauid cum patribus suis. de iis omnibus Rabi rhamon similiter argumentat⁹ cum adeorum loca mictantur qui fuerunt iniusti & idola coluerūt/ Sed cristus morte sua sactos patres liberauit amorte silicet atenebris antmorum/ quod ita tetigit Zacharias. Tu autē in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu ī quo non est aqua idest sāctos ex limbo loco arido silicet luminis & gaudii uacuo. Nō igitur cristianorū iuētū hoc est q magnus messias laboribus suis passionibusq; animas patrum & succedentium ab inferis fuerit redemturus/ Sed multi quoq; exantiquis iudeis id cēsuerunt precipue Rabamō. quem dixi ac preterea osuas banna. habba iuda /qui intalmuticis disputationibus post multa adid pertinentia etiam ad hoc propositum Osee illud adducūt (De manu mortis liberabo eos. de morte reducam eos/ Item illud Isaiæ (Redempti adomino conuertentur ac uenient in syon cum laude & letitia sempiterna super capita eorū. Syon:

exponunt patriam celestem / & merito. Non est enim interris laus & letitia sempiterna / Cum his conuenit Rabi Moyses gerundensis immo uero omnes iudei confitetur q patriarche & sancti ante messiæ aduentum in paradisũ non intrant sed in eius suburbiis manẽt / donec ueniat filius phares idest cristus Dauidis filius & hoc quidem propter peccatum Ade Et cũ hec ita sint non nulli tamen inter uos non satis docti originalem culpam negant in successedẽtes fuisse translatam atq; expiãdam fuisse p christũ Quasi esse deceat tam diuturnam penam iomnibus sine culpa. proinde cur Moyses ingenesi scribit post transgressionem Ade deum collocasse cherubin atq; gladium flameum & uersatilem ad uiam ligni uite intercludendam nisi ut significet p p similitudinem quandam & culpam aparentibus primiscontractam cunctis paradisi aditũ intercludi. Meminisse debemus ĩgressum celestis regni tã arduum esse tã pretiosum ut nonsolum propriis quotidianisq; singulorum peccatis: sed etiam communi totius nature humane uitio ab origine primorum nascendo contracto possit ac debeat impediri & quãuis sancti ante cristum uirtutis humane uiribus seipsos apropriis peccatis liberarẽt atq;

mundarent unde cruciari apud iferos non debebant: nullius tamen uirtus usq; adeo sufficiẽs erat ut obstaculum illud quod incomuni culpa totius humane nature consistebat auferre ualeret ac paradisi aditum patefacere: Sed culpa obligatioq; huiusmodi passione christi comuniter dissoluta ẽ. DEVS. n. ut Isayas iquit. IN EO posuit peccatum omnium nostrum: pillũ igitur celestis patrie portas aperuit. Hoc misterium Hyeremias ita significauit: Tibi peccauimus/expectatio isdrael/saluator intempore tribulationis: Quare futurus es sicut colonus iterra: & quasi uiator declinans admanẽdum. Quare futurus es quasi uir uagus & quasi qui nõ possit saluare: Tu autem innobis es domine & nomen sanctum tuum inuocatum ẽ super nos ne dereliquas nos domine deus noster. Nõ nulli iteruos iterrogãt cur cristus delẽdo culpã nõ deleuit penam illam. (In sudore uultus tui & indolore paries filios) & similia: ut uidelicet his stimulis quotidie agnoscamus quam pessimum fuit atq; est dei mandata contempnere atq; exercitatione moralium uirtutum ad beatitudinem consequendam magis proficiamus. accedit quod redẽptio. uictoria. libertas. afflũtia pax que promissa fuerunt nobis messie tem

pore fore ad spiritalia pertinebant/que ad be
atitudinem conferunt non ad corporalia que
uel non conferunt uel impediunt. Sic pas
sione ueraq; cristi fide originale illud peccatū
ablatum fuit/quātum uidelicet ad culpam spec
tat/que beatitudinem ultimam impedit. labo
riosa uero illa relicta suunt que non modo nō
impediūt: sed conducunt. Sed obicitis Ezechie
lis illud. (Filius nō portabit patris iniquitatē
Nos autē sic exsponimus. filiū uidelicet prop
ter peccatum patris nō puniri si penitus culpe
expers fuerit. Omnes autem prime illius cul
pe participes nascebantur/Sicut enim quotidi
ana uitia apatre infilium imitatione sic primū
transit origine. Neq; mirandum est quod pri
mi parētis uitium inposteros transiuerit. Quo
tidie namq; in pueris tam auorum: ꝙ genitoꝝ
gestus. affectus mores agnoscimus/sic natura
cōparatum est ut corpus & anima ꝓportione
quadam harmonica congruant atq; inuno esse
conuenlant motusq; corporis in animam quodā
modo anime incorpus facile & uehementissime
penetrent. Nō educitur anima filii/uel accorpo
re patris/uel anima sed corpus tale & cū tali qua
dam ꝓcliuitate atali quodam corpore genito
rum. Sic uuas acerbas conmederunt patres ac

dētes filiorū obstupuerūt /procliuitatis illius anima ob cognationem quandam affectumq; erga corpus proprium particeps quodāmodo redditur presertim secundum uim eius inferiorem /que corpori propinquat multumq; consentit. Deinde uis superior anime naturali quodam amore inferiori sæpe obsequitur ferme sicut illa corpori/obsequit inquam quasi similiter: sed non eque. Motus autem qui in anima actio ē fit i corpore passio. qui incorpore passio fit in animo sensus atq; compassio. Affectio que in corpore pena culpe est in anima culpa Obicitis preterea hunc immo dum dicitur macula per originem agenitore contracta cum inprole non sit uoluntaria non est peccatum / immo peccatum est cum sit obliquitas quedam arecto declinans & ad finem consequendum inepta quemadmodum defectus in claudo. Peccatum est inquam nō tamproprie naturæ quam comunis/uoluntarium autem quodāmodo fit inprole inquātum libenter procliuitatem huiusmodi sequitur /uoluntarium est insuper non tam uolūtate prolis propria : q̄ uolumtate ipsius Ade qui generationis motione ōnes qui ex eius stirpe pululant quodāmodo mouet non aliter q̄ anime unius uoluntas membra corporis ad

actū plurima moueat. Iccirco quemadmodū pedis motus nō uoluntate pedis ꝓpria: sed cō muni anime uolūtate / que primo membra mo uet / dicitur uoluntarius / similiterq; capitis ma nusq; motus & reliquorum sic obliquitas illa ho minum naturalis ꝓpter uoluntatem ade quodā modo omnes mouentis potius: q̄ ꝓpter ꝓpri am uoluntaria iudicatur. Sunt iteruos qui cōtra nos hac ratione argumētentur. Si pecca tum a primis parētibus ideo i nos transfusum ē quoniam i eis fuimus ab eisq; naturam humanā accepimus / eodem pacto singula peccata singu lorum ꝓgenitoꝝ ab initio mundi usq; ad nos ne cessario nascentibus nobis isereret̄. Respondēt ad hec nostri theologi nullum uitium uel parē tis primi / uel ceterorum i nascentes necessario traduci: preter primum: Homo namq; idem secum non numero idiuiduoq; sed spetie gene rat. Atq; iccirco que ad ꝑ priam cuisq; ꝑsonam ꝓprie pertinent: filiis aborigine non traduntur sed que ad spetiem adtinent. Nō enim musi cus philosophusq; musicū generat uel philoso phū: homo tamen uidēs audiēs bipes: nisi quid impediuerit: hominem bipedem generat uidē di audiendiq; compotem. uitium uero primū spetiei humane naturalis captus euasit / Cetera

ad uētitia sūt sūtq; ꝓpria singulorū. Scio uos hic obicere solere Ade peccatum quia exactu proprio liberi arbitrii ꝓcessit ad ꝑsonam pro priam potius: q̃ ad spetiem pertinuisse Ad hec ex Teologorum nostrorum mēte ita respon deo. Ad personam cuiusq; duobus modis ali quid pertinet uel secūdum ipsam uel quodam gratie munere. Similiter ad naturam dupliciter potest aliquid adtinere. uel secūdum ipsam ui delicet. q ex nature principiis helemētisq; ꝓ fluit uel super naturalis gratie dono. Origina lem iustitiam humana natura non ex interiori bus pricipiis eius habuit ab initio: sed gratie di uine dono/quod ab origine toti nature humane in primo parente traditur fuisse collatum. Do nū huiusmodi ille ob primi delicti culpā amisit. Itaq; sicut originalis illa iustitia nisi ille deli quisset una cum propagatione nature fuisset in posteris conseruata ita opposita quedam per uersitas & obliquitas in successores cum natura traducitur/Iccirco uitium huiusmodi nature potius euasit: q̃ persone. cetera uitia uel Ade uel aliorum naturam quidem non quantum ad id quod nature est. sed quantum ad id quod ē persone: deprauāt. Ideo in filios & nepotes nō necessario diffunduntur. Quid ergo nobiscū

sti passio cōtulit: obstaculum culpe orig inalis auferēdo paradisi aditum patefecit/ quem ante illum ingredi homines sancti non poterant
Numquid si Adam nō deliquisset tā ipse quam ceteri iusti beati fuissent: paradisum profecto possedissent: sed terrenum. Celestis autem paradisi aduētus dei sub cristi persona nos compotes reddidit. Vnde plus lucri in uirtute cristi fuit: q̄ in Ade uitio dampni. Vitium Ade secū dum se cruciatum nobis quidem nō attulit inferorum: sed abstulit paradisū dumtaxat terrenum. cristi uirtus ab inferis tuetur/ paradisum celestem largitur. Hinc Paulus apostolus.
Vbi abūdauit peccatū sup abūdauit & gratia. Sz de ijs alias melius disseremus:
Obmicto minora illa. q per cristum diabolus priceps olim mūdi huius idest hominū mundanorū eiectus est foras/ nō ulterius p ydolatriā nos deludit/ non tot gentium tam acriter ut solebat animos & corpora uexat/ nisi interdum certi finis gratia permictatur adeo per fidem messiæ qui iam uenit diabolo nos resistimus perfidem messieuenturi sancti ante cristum diabolo restiterunt. Nullus tamen tūc illius manus sic euadere poterat ut cuisdam inferni idest lymbi deuitaret ingressum/ quod ita cecinit Dauid
Quis est homo qui uiuet & non uidebit mor



tem & liberabit animam suam de manu inferni
Cōtra id uenenū atq; similia/uirtus/passio/mi
steria/doctrina/exēplar/fides christi abunde no
bis remedia prebent: Preceteris baptismus ī uir
tute spiritus sancti fideiq; christi culpam illam
obligationemq; in animo eius: qui baptismo la
uatur dissoluit: ꝓcliuitatem uero nature cor
poris insitam nō extirpat. Spiritus. n. & spirita
le mysterium nō corpus sed spiritum uolunta
temq; ꝓprie respicit: hinc fit ut qui ex baptiza
ti corpore generantur quia nascuntur inmundi
baptismo ipsi quoq; egentes cogant̄ singuli co
tidie a christi misterio donū purificatiōis agno
scere. perinde ac tritici granum quod & si arte
mundatum est: grana tamen in mūda generat
ita ut arte rursus indigeāt. Ars enim indiuidui
proprietatē potius ꝙ̄ spetiei naturam uimq; ge
nerāndi mundauerat.

CAPITVLVM XXXIIII Proba
tio quod testamenti ueteris cerimonie merito
cōsumpte consumateq; sunt aduenıente nouo
ex iudaicis contra iudeos.

s I VETERIS testamēti regnum ꝓphe
tia. sacerdotiū sacrificiū tempore messie
regis sacerdotisq; eterni finisq; propheta
rū nouo quodam testamento introducto aufer

ri ex institutione diuina sicut alias ostendimus debuerũt multo magis minute ille cerimonie inquibus parum momenti erat iure euanuerũt quod ex non nullis prophetarum uaticiniis alias declaraui. Ille siquidem non aliter res christianas cerimoniasq; q̃ prophetie prenũciabãt consumatis tandẽ oraculis prophetarũ merito consumpte sunt cerimonie/ Vos tamen adhuc eas mordicus tenetis iudei pre ceteris pertinaces illud moysis in deuteronomio cõtra nos adducẽtes/ (Et nũc israel audi precepta & iudicia que ego doceo te ut faciens ea uiuas/ & ingrediens possideas terram quam dominus deus patrum nostrorum daturus est nobis. Non addetis ad uerbum quod uobis loquor neq; auferetis ex eo. Consideranda hec uerba sunt diligenter/ Moyses ad subiectum sibi gregem loquitur dicit enim (israel audi non dixit. (Non addatur uel minuatur ab ullo: sed non addetis uos neque auferetis. Abstulit igitur subiecto gregi mutandi potestatem: deo uero qui supra Moysẽ est uel egregio nuntio qui adeo mutãdi habuerit põtestatem nõ abstulit. Aduersum pertinaciam uestram Hieremias ita reclamat. Ecce dies uenient dicit dominus & feriam aliter consumabo domui israel & domui iuda fedus aliter

testamentum nouum/non secundum testamé
tum aliter pactum quod disposui aliter pepigi
patribus eorum indie qua aprehēdi manum eo
rum ut educerem eos de terra egypti/pactum
quod irritum fecerunt. aliter quoniam ipsi non
permanserunt intestamento meo & ego negle
xi eos aliter abhominatus sum dicit dominus.
Sed hoc erit testamntum aliter pactum quod
constituam cum domo israhel post dies illos di
cit dominus dabo legem meam inmentem ali
ter in uisceribus eorum & in corde eorū scribam
eam & uidebo eos & ero eis in deū & ipsi erunt
mihi in plebem. Et non docebit unusquisque
proximum suum & unusquisq; fratrem suum di
cens/cognosce dominum quoniam omnes sci
ent me silicet unicū esse deum & sequitur a ma
iore usque adminorem quia propitius ero ini
quitatibus eorum & peccatorum illorum iam
non recordabor: In iis promictit deus aliquan
do se nouum pactum testamētumq; dispositu
rum nouam traditurū legem differentem ab
illa quam dederat Moysi postq̄ iudeos ab
egiptiis liberauerat inscripturum eam nō tabu
lis amplius sed mentibus hominum quasi pri
ma illa deleri potuerit: nō secunda. Ac ceri
mōnie ueteres nouo testamento introducto

Secundū

secundum spiritalem intelligentiam seruari de-
buerint. Certe ut Paulus apostolus ait quan
do ꝓpheta dicit pactū testamētūq; nouū signi
ficat alterum consenescere atq; deficere posse
Sed quando hec fuerunt? quando impletum ē
illud (Videbo eos & ero illis indeum Videt se
per deus homines intellectu. Sed oculis insu
per uidit cum asumpsit hominem/hominem
inquam/qui hominibusre uera deus habitus ē
De quo Dauid (Videbitur deus deorum insy
on. Et Zacharias Tu es deus: & inte est deus
nec est absq; te deus. Ex quibus ostēditur mes
siæ noui testamenti pactiq; cōditoris diuinitas
significatur etiam diuinarum distinctio persona
rum. Sed ne quis turbetur quod [illegible] trās
lationibus uaria uocabula sint alibi pactum ali
bi testamētum/Sciendū ē uocabulum hoc ab
Hieremia introduci silicet Berith/quod legē
pactum.fedus testamentum eq; significat. no
uam uero legem messiæ legem intelligi uestri
interpetres confitentur. Vnde doctores talmu
tici legem messiæ aiunt excellentiorem fore
mosaica. legite horum comentariola insalomo
nis ecclesiastem. hec ibi reperietis. Omnis
lex presentis seculi uanitas quedam est adfutu
ri seculi legem idest ad legem messiæ: Nam

insequẽtibus sic res declarat᷑. Omnis lex quã quis in hoc seculo discit / uanum quiddam ẽ si ad messie legem cõferatur hec ibi. Videtis ergo legem Messie esse a lege Moysis differentẽ cerimoniasq̃ mosaycas in messie conspectu penitus euanescere. Vana uero Moysis lex appellatur non absolute: sed ad christi legem: ceteris. n. prestantior ẽ: Sed cur uana? quia p ciuiles uirtutes tantum humanum genus nõ ad celestis beatitudinis finem sed uiam dum taxat dirigere potest: Christiana p purgatorias purgatiq̃ animi uirtutes ad exemplares uirtutes celestem q̃ felicitatem pfecte pducit: nõ. n. dat᷑ pfecta felicitas nisi animis perfecte purgatis hoc nõ mosayca: sed christiana lex efficit. Preparatio igitur quedam ẽ mosaica lex ad christi legẽ quasi formam habitumq̃ perfectum. Cũ uero quis possidet habitum preparatione nõ indiget. Quod autem sub Moysi lege sancti paradisum nõ ingrediantur: sed messie legem gratiãq̃ expectẽt uos ut in supioribus diximus confitemini ob hoc: ut arbitror. Moyses legẽ suam seruantibus premia solum tẽporalia polli cetur. Non enim potest ea doctrina ad maius aliquid aspirare. Moyses in deuteronomio rem omnẽ sic apit. Prophetam suscitabo eis de

medio fratrum suorum similem tui & ponam uer
ba mea in ore eius loquetur q; ad eos omnia quæ
precepero illi. Siquis autem uerba eius que lo
quetur in nomine meo audire noluerit ego ul
tor existam. Non ne uidetis deum ꝓphetam
quēdam preter Moysem in populo uestro cre
aturum fuisse & daturum ei concedendarum ab ini
tio legum auctoritatem, huic mutare omnia
ꝑ arbitrio licet mutare inquam imaginē in sub
stātiam ut inpfecta pficiat. Vos ei credere om
nia non minus nō ꝙ Moysi diuino iussu debetis/ &
quia neq; omnes neq; omnia credidistis ut mi
natus est deus exterminati estis. Nō fingāt ara
bes maumethem regē immo tyrānū fuisse talē
cuius lex nō coartauit mosaicam ex se ualde li
beram: sed nimiū relaxauit/cui neque tempus
neq;/ locus neq; ulla prophetarum dicta con
ueniūt. Sed quo nam pacto potuit Maume
thes esse ꝓpheta ille supremus ex iudeorum
populo suscitandus? Cum ipse in alcorano con
fiteatur Iesum nazarenum ultimum hebreorum
sūmumq; fuisse ꝓphetam. Iudei quōdam pre
serti africani his Moysis uerbis admoniti mes
siam expectabāt nouarum legum cōditorem
Sed rabi moyses scripsit ad illos nō promicti
adeo ꝓphetam legum cōditorem. sed solum

presagum futuro℞. Volebat inquit deus a iude is auguria quibus utebātur cananei fugare hinc eis dicebat. (Gētes iste quarum possidebis ter ram augures & diuinos audiūt. tu autem a do mino deo tuo aliter institutus es. s. ut non ꝑ auguria: sed ꝑ ꝓphetas a deo missos futura pre noscas ideo subdit (prophetam de gēte tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi domi nus deus tuus ipsum audies. hec rabi Moyses ad africanos nos etiam affirmamus / hec Moy sis uerba nō aliter exponēda esse: ꝙ africanis Rabi Moyses exposuerit. Sed cōsideramus magnū Moysē i eodē deuteronomii capitulo i sequētibus ita loquētem. Vt petisti a domino deo tuo in oreb quādo cōtio cōgregata ē atq; dixisti. Vltra nō audiam uocē domini dei mei & ignem hunc maximū āplius nō uidebo / ne moriar & ait dominus: mihi bene omnia sūt lo cuti: ꝓphetam suscitabo eis de medio fratrum suo℞ similē tui & ponā uerba mea ī ore eius lo quet᷑ q; ad eos omnia que precepero illi. Siquis autem uerba que loquet᷑ audire noluerit: ego ultor existā. Videtis ne populū quādo ī monte oreb tradita lex fuit: igni ceterisq; horribilibus signis fuisse ꝑterritum. Rogatum deinde deū ne ulterius eo pacto ad populū loqueret᷑. Vn

de promisit deus alias se absq; ullo temore per
prophetam quemdam. qui uerus homo foret.
qualis Moyses legem populo traditurum. In
superiobus ergo capituli uerbis Moyses de p
pheta furorum precone quales multi fuerunt
insequentibus autem de propheta legum con
ditore qualem Iesum nazarenum fuisse uolu
mus loquitur.

Sed turbat nos nimium scio q iussit Moy
ses semp eius mādata seruari. Memētote agrā
maticis uestris tractari dictiones ad sēp iternū
ptinētes duplices esse alias ad sempiternum ab
solute/alias ad sempiternum cum quadam cō
dictione referri. inprimo genere est Cela & ubi
apud nos psalmus dicit (insecula seculorū lau
dabūt te apud hebreos est. Cela. est etiam in
eogenere/ (Necali atq; ubi psalmus grece &
latine dicit. (uiuet in eternū ebraice sonat (re
cali isecūdogenere hebraice ē. balā latine seculū
hoc pacto in deuteronomio de seruo emptitio
dicit. (Erit tibi seuus bolam .i. inseculum. in
seculum inquam uite tue uel serui nō ultra. ū
de seculum ibi nō totam rerum: sed huius uel
illius hominis durationem significet. Moyses
autem ubi cerimonias seruari uidet circa sabba
tum pasca pentecostē festumq; tabernaculorū

expirationis diem atq; similia nūquam illis dictionibus; que absolutā eternitatem significant utit̄: Sed (HOLAM) dum taxat: quod certū significat seculum. i. totum seculum ueteris testamenti donec testamētum nouum per messiam cōstituat̄ & cerimonie ueteres dū ui debunt̄ arescere reuirescant & i nouis cōsumēt̄ potiusq̄ cōsumant̄. Sic yhesus noster impleuit legē: quando que fuerant imꝑfecta ꝑfecit Atq; hec ipsa legis christiane ꝑfectio declarat ipsam mosaycaꝝ cōstitutionū finem terminūq; durationis extremū existere quod ꝑ Hyeremiā predixerat ut diximus/deus legem nouā ꝑmictens a Mosayca differētem. Siquis autē qua inre ꝑfectior noua sit: quā uetus inquirat: cōsideret quinq; precipuas q̄tum ad ꝑpositū spectat noue. i. christiane legis excellētias esse. Prima ē: lex Mosayca intabulis lapideis corruptibilibusq; tradita fuit: lex noua erat ut Hyeremias ait cordibus & mētibus inurēda. Quod quidē significat nouam hanc disciplinam magis spiritalē esse: adde & eternam: quoniā naturalis legis instar eternis mētibus inprimit̄ in eternum. Vetus autem temporali subiecto data fuit adtēpus. Secunda uetus illa cōstitutio preter illa que ad legē ꝑtinent naturalem

solum gentem isdrabeliticam cui data ē obli
gauit: hinc psalmus de deo dicit (ANNVN
TIANS VERBVM suū Iacob iustitias &
iudicia sua isdrael. Nō fecit taliter omni natio
ni & iudicia sua nō manifestauit eis: Lex autē
noua non aliter ꝙ naturalis omnes astringit.
Quapropter Isayas de Messia eiusq; doctrina
sic inquit. DONEC ponam in terra iudicium
& legem eius insule spectabūt. Tertia prisca
decreta his exceptis que ad naturale ius ptinēt
etiam subiectum populū non ubiq; : sed inso
la promissionis regione alligasse dicūtur / quod
ita deuteronomii uerba declarant. (Scitisq; do
cuerim uos precepta atq; iustitias sicut mā
dauit micchi dominus deus meus ut faciatis
ea in terra quam possessuri estis / Rursus Mi
chiq; mādauit eodem tempore ut docerē uos
cerimonias / & iudicia que facere deberetis i ter
ra / quam possessuri estis. Iterū. (Tu uero hic
sta mecum & loquar tibi omnia mādata & ceri
monias atq; iudicia / quæ docebis eos, ut faciant
ea in terra: quam dabo eis in possessionē. Mes
sie autē iura non minus quā naturalia ubiq; sūt
obseruāda. Igitur apud Malachiam deus quā
doq; uetera reprobat sacrificia. (Non ē mihi
uolūtas in uobis dicit dominus exercituum &

munus nō suscipiam de manu uestra: Deinde subdit: ABORTV enim solis usq; ad occasum magnum est nomen meū ingētibus & i omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Sacra igitur que in ueteri lege i solis terre promissionis templis & tabernaculis celebrari licebat quādoq; silicet sub messia ubiq; deo grata futura erāt. Quarta lex uetus sola corporalia tēporaliaq; bona pollicetur & mala minatur ut in leuitico & alibi sepæ patet. noua spiritalia & eterna. Quinta uetus ciuiles uirtutes comunesq; dum taxat inducit: quibus perturbationes amputat: Noua purgatorias animiq; purgati: quibus affectus extirpat & obliuioni tanquam tamquam igni tradit fomites uitiorū. Sed cur istud quia deus rudem adhuc populū sicuti par erat leuioribus disciplinis erudire: manifestioribusq; tam bonis quā malis mouere statuerat. Quod etiam rabi Moyses egiptius in comentariis libri canhedrim confitetur. At uero tempore christi populi iam eruditiores euaserant. Tunc ut Isayas inquit: REpleta ē terra scientia domini sicut aqua maris cooperientis: Tunc igit̄ deus ueteribus premiis exactioribusq; istitutis genus humanū prouocauit atq; formauit merito igitur accedēte

lege noua tanquam forma uetus ueluti prepa
ratio uel abit uel transit inncuam impletq;
i noua: Quod quidem omnino tacere nō po
tuit Rabi Moyses in deuteronomio ubi mundi
etatem i secula duo distribuit. seculū uidelicet
presens/seculū ue Messie. Ac talmutici iter
petres sicut alias diximus seculū presēs & futu
rū legis & Messie secula esse uolūt/ uanamq; se
culi huius lege: ad Messie legem esse fatet:
quasi in seculo legem christi seculū lexq; uetus
finiatur atq; expleatur.

DISTINCTIO preceptorum Moysis

MOISIS precepta precipua illa sūt/que in
decalogo cōtinētur. Data enim adeo sūt absq;
medio in tabulis lapideis populo uniuerso/de
inde tāquam perpetua in arca testamenti in sāc
to sāctorum inclusa. Cetera uero minutiora sūt
ac data per Moysem & ab eo cartis inscriptam
atq; extra sāctorū sāctum posita inter hec au
tē alia simpliciter moralia sūt & quia nature le
gem imitantur sempiterna sūt ferme sicut pre
cipua. alia ad iudicia pertinēt/que inequitatis ar
bitrio posita prout rerum usus exigit: uariātur
Alia rursus ad cerimonias/que quidē parui mo
mēti sūt/ Nam tāq̄ figure quedam pythagori
corum simbulorum instar ad aliud pertēdēdū

significandumq; referũtur. Qui enim a porco abstinere iubetur porci uitam uitare iubet. Et qui sistere corpus i sabato sistere mẽtem i cõtẽplando. Hec & similia ad significatũ effectũq; iuũ p cristum redacta fuerũt. Sacrificare igitur deo. & q fur ablatum restituat & similia ad ius naturale ptinẽt atq; morale. Ideo sẽp seruãda mãdãt̃ sacrificare autem hoc pacto & die aut illo talia siue talia. rursus restituere quaduplũ aut duplum & similia uel cermonialia uel iudicialia sunt. mutariq; potuerunt ac debuerũt pro ut locis temporibus psonisq; cõgruit. in rebus huiusmodi non solum sub cristo mutatio cõtigit & iure cõtigit uerum etiã apud priscos inprima enim etate ex institutione diuina non licuit hominibus uesci nisi plãtis sicuti nos genesis docet. In secũda tamẽ etate post illam mundi illuuionem cõcedẽte deo uesci animalibus licuit quod etiã ingenesi declarat̃. unde apud nos inlibro uere sibt Rabba uidelicet incõmẽtariis ingenesim dum exponitur illud psalmi. Dominus sol uit cõpeditos ita dicitur Omnis bestia que in hoc seculo uidelicet seculo legis habetur inmunda adeo infuturo seculo. s. messie fiet munda quemadmodum munde fuerũt filius Noe bestie que prioribus mũde nõ fuerãt

Et ſicut deus cōceſſit antiquioribus ſolumodo plantas tāquam mūdas & filiis Noe deide omne animal tāquam mūdum: ſic inſeculo futuro deus cōcedet quicquid āte prohibuit /hec ibi Ex iis patet i meſſie ſeculo minutiora illa ſeculi ueteris inſtituta tāquam inania iam & ſupuacua ſoluenda fuiſſe. Numquid ad hoc o iudei plures adhuc teſtes exigitis? quamuis nom neceſſarii ſit quoſdam tamen multis qui ſuperſūt adducam

MALACHIAS teſtamētum meum erit cum eo uite & pacis. & dedi ei ut timore me timeret & affacie nominis mei reuereretur. Lex ueritatis erit in ore eius. Inpace dirigens ambulabit mecum & multos ab iniquitate cōuertet quoniam labia ſacerdotis cuſtodiēt ſciētiam & legem inquirēt de ore eius/quoniam angelus domini omnipotētis eſt. In iis deus meſſiæ ꝑmictit denuo teſtamētum ſuū. teſtamētū inꝙ pacis iter deū homineſq; cōciliande ex quo uita hominum prouenit uitam rurſus illi ꝑmictit mitem & quaſi timidam. ſcēradotium quoq; & ꝙ nō ui & armis ſed pace & ſciētia conuertet homines. nō omnes ſed multos. Iterū ꝙ legē ab eo homines nouam accipiēt/Cui autem hec omnia niſi Ieſu nazareno coneniūt?

NAVM exterminabo scultilia / & consla tilia ponam sepulturam tuam quia ecce uelo ces sup mōtes pedes euangelizantis & annum ptiatis pacem. Celebra iuda dies tuos festos Redde uota tua: quia iam nō adicient ultra ut transeant iuetustatem: Cōsumatū ē / cōsum ptum ē / ablatū est. Ascēdit: qui insuflat ifaciē tuam eripiens te extribulatione. Hic aperte i aduentu Messie portēdit idolorum casum cōsu mationem pphetiarum ac ueteris testamenti / cō sumptionem priscarū cerimoniarum: ablationem regni iudaici: predicationē euangelice pacis / as censionem christi: spiritus sancti afflactionem liberationem deniq; atribulatione s. inferorum.

MICHEAS. Exibit lex desiō & sermo do mini deierusalem: & iudicabit inter populos plurimos & reuincet & diriget ualidas nationes usq; inlōginquū: phec significatum fuit Mes siam nouā doctrinā legemq; ultra Mosaycam adducturū. que nō exsinay ut illa uetus. Sed ex syō pcederet: neq; solos iudeos instrueret sicut illa: uerum sermone predicātium aposto lorum passim ppagaretur / ac ualidarum nationū instituta deleret.

ISAIAS. Hec dicit dominus uiris iuda / qui habitāt in hierusalem. Reuocate inte uos

nouitatem & ne seminaueritis in spinis. Circum cidite uos domino deo uestro & circumci dite preputium cordis uestri ne exeat ira mea sicut ignis & nõ sit qui extiguat.

MOISES In nouissimis diebus circũcidet dominus cor uestrum ad dominum deum tuũ amandum.

IESVS NAVE qui Iesu cristi figuram preferebat: ait. Dixit dominus ad Iesum. fac tibi cultellos petrinos nimis acutos & sede & circumcide secũdo filios israel. s. cordis circum cisione. His tribus oraculis ostẽsum fuit corpo ralem circumcisionem inspiritalem sub cristo fore mutãdam. Illi extremam pelliculam atti gebãt. hic uniuersum purgat & lauat. Ergo quid optet pueros post Iesũ octauadie sãguinẽ fũdere? parcite filiolis uestris iudei tã crudeles & superstitiosi. parcite filiolis statim natis. Ie sus olim circumcisus totus pro omnibus sãgui nẽ semel fudit quod si circũcisio cerimoniarũ prima stabilis futura nõ erat / nõ enim ab initio sed sub habraã est instituta & sine illa quãdo qs iustus esse quilibet potuit multo minus relique ergo Quid sabata obseruatis ulterius? dies pro fecto uobis dominicus sub sabato quondam figurabatur. Quid uictimas adhuc temporales

sacrificatis? ille omnes ieterna uictima Iesu finē habuisse uidētur/quid sacerdotes pristinos frustra quotidie restituitis? qui tāquam minimi Iesum sacerdotem preferebāt eternū. Ille ille ē sacerdos in eternum, uerus secūdum ordinē melchisedech. Quid denique regem ulterius expectatis? Regnum illud uestrū olim temporale in eternum regem cristum est trāslatum Et cum dixistis uel legistis o miseri. Iesus nazarenus rex iudeorum tūc morietem hominē uiuētem deum regem unicum ultimum ppetuum accepistis/Quod quidem Moyses uester uobis significauerat/Quādo ritum cōstituendi pontificis tradens per unguenti cuiusdam mistici sacramētum cum cristum nominauit. Rursū quādo regem sibi successorem constituens Iesum cognominauit eum qui prius auses fuerat nominatus. Ita igitur pergemina hec appellationtionis inditia in altero pontificii in altero regni, exprimuntur insignia & Iesus christus tanquam qui rex & pontifex esset pariter nominatus.

CAPITVLVM XXXV De auctoritate doctrine christiane

OCTRINAM christi multa cōfirmāt Primum quidē sybillarum prophetha

rumq; predictiones/Deinde sāctitas & miracu
la christi & cristianorū. Accedit illa supra mo
dum mira profūditas & maiestas/que in sobrio
eorum stilo perspicitur/qui antea rudes pisca
toresq; fuerāt. Petri preśertim Iacobi & Iohā
nis. atq; ut de Paulo taceam qui & si ante con
uersionē homo doctissimus erat: surgit tamen
post in suis Epistolis admodum super hominē
Quid Petri Epistolis augustius? Quid uenera
bilius Epistola Iacobi atq; iude? Quid de Ioā
nis apocalypsi dicemus? qui liber celestem pre
fert faciem totq; habet sacramenta quot uer
ba/Quid de huius epistolis? quibus inest absq;
uerborum fuco nectarea dulcedo sensusq; diui
nus/Euāgelium eius uidetur dei manibus scrip
tum esse nō hominis/quod cum legeret Amelius
nius platonicus per Iouem iurauit uirum illum
barbarum.i. iudeum breuiter comprehēdisse:
que de ratione diuina principio dispositioneq;
rerum. Plato & Heraclitus disputauerūt. Sim
plicianus ait Platonicum querdam audisse di
cētem euāgelii huius prohemium ubiq; in tem
plorum apicibus licteris aureis scribēdum esse
deniq; omnes tales oratione quales uita fue
rūt. Sicut.n. in cōuersatione mitissimi i pericu
lis autem & laboribus fortissimi & cōstātissimi

ita inloquẽdo humillimi pariter & excelsi con
iũctiones huiusmodi philosofi supra naturam
esse cẽsẽt. Sic ergo rusticos illos & piscatores
magister eorum christus quod promiserat pi
scatores hominum reddidit. quod ne mirabile
ẽ eos post ascẽsionem suam incelum adhuc ru
des ecelo subito quodam afflatu mirifice do
cuit/usq; adeo ut statim coram omni populo
omnibus linguis doctrinisq; pollerent. Cuius
rei signum est/ q ipsi doctos plurimos docue
runt/multiq; sapiẽtia excellẽtes colla sua eorũ
iugo libẽtissime subiecerũt. Hierotheus & Di
onisius Areopagita & Iustinus/platonici quoq;
scripta oĩ sapiẽtia plena sunt: crucẽ christi una
cum apostolis subiere: Pantenus preterea sto
icus: Quadrantis: Agrippa. Aristides: Lucas
Marcusq; philosophi Tenas: & Appollo le
gis iudaice peritissimi. Quid desapiente Igna
tio christi discipulo antiochie episcopo dicam
qui dum romã uinctus deuorãdus bestiis duce
ret̃ iñ ipso itin ere demartyrio doctrinaq; chri
stiana multas scripsit epistolas ad ephesios. ad
Magnesios. ad Traces Smirneos. Philadelphi
os ad Policarpum atq; Romanos & inepistola
adromanos inquit. Ex syria romam usque pu
gno bestiis deuorãdus. Interea nocte dieq; liga

tus pugno cum decē leopardis idest militibus qui me custodiunt/quibus & cum benefecerim peiores fiūt. Iniquitas autem eorū mea doctrina sed nō idcirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestiis/ que mihi sūt preparate/quas & oro promptas mihi esse ad interitum & allicia ad cōmedendum/ne sicut aliorum martirum nō audeāt corpus attigere/Quod si uenire noluerit ego uim faciam ut deuorer. Ignoscite mihi filioli quid mihi prosit ego scio. Nūc incipio esse discipulus/nō ne iis que uidētur deficiam ut iesum cristum inueniā Ignis/ crux/bestie/cōfractio ossium membrorum diuisio totius corporis contritio omnia tormēta diaboli arte quesita i me ueniāt/modo Iesu christo fruar. hec ille. Cumq; iam dampnatus esset ad bestias rugiētesq; audiret leones ardore patiēdi ait. Dentibus leonū molar ut panis mūdus euadam. Policarpus etiam smyrneorum episcopus Iohānis euāgeliste comes magnus asye doctor sæpe rogatus a iudice ut Iesum negaret. Respōdit nō posse negare illū, cui octuaginta iam & sex annos feliciter seruierit. Itaq; cū christi amore totus arderet ignis flāmas mortemq; facillime pertulit. hec de illo smyrnei ad ponti ecclesias scripserūt Iustinus autem ille platonicus audito apostolorum inli

bro quem pro religionis nostre defensione iudicibus obtulit: cũ multos preclaros martires numerasset se quoq; martirio cõsumptum iri insidiis cuiusdam crescentis cynici uaticinatus ẽ dicens. Et ego quidẽ spero me ab aliquo horũ quibus pueritate obsisto isidias esse passurum spero baculo aut claua feriẽdũ: certe uel a crescente hoc nõ philosopho sed Philopompo. Quod & ita factum est & Iustinus tam fortiter tulit q̃ manifeste preuiderat. Preuiderat autẽ Iohannes euangelista & in fine euangelii sui predixerat se quamuis extrema pateret̃ enecari nõ posse predixerat & in apocalipsi inter alias christianorũ calamitates manifestissime illam que sub ualerio principe cõtigit / De qua Dyonisius alexãdriæ Episcopus tẽporis illius martyr Inquit Iohãni reuelatũ ẽ. ut diceret. & datũ ẽ ei os loquẽs magna & blassemias & data est ei potestas per mẽses quadraginta & duos. Vtraq; autem cõplentur in ualeriano hec. Dionisius. At decebat ante martyres alios cõmemorasse cõsobrinum illum christi symeonem / qui post diuturna tormẽta etiam crucem substinuit liẽs cum ãnos ageret cẽtumq; uiginti: Sed ecce se mihi iam offert uirorum in qua uis doctrina excellẽtiũ turba q̃ plurima. Thimotheus Titus

Clemēs romanus. Barnabas Iohānes senior. Aristion. Sopystenes. Siluanus. Sosipater. Demophilus. Dorotheus. Philemon. Andronicus. Vrbanus. Lucius. Iason. Tercius. Crescēs. Linus. Cletus. Paulus. Sergius procōsul Cypri Sylas. Egesippus. iudeus Crispus. Epaphras. Demas. Marchus. Aristarchus. Epaphroditus Tichicus. Onesimus: Euodius: Papias: Hermas: Iustus: Gaius atq; Mellitus philosofus Asianus/qui librum pro christo: M. Antonino uero composuit/ Aliiq; permulti uiri admodū sapiētes apostolorum discipuli/quorum alter alterius crucem aspiciebat intrepidus/suā mox expectabat idomitus & ferebat inuictus. Imitati sunt istos & sapiētes alii. Theophilus: Dyonisius: Penitus cretēsis: Tacianus: Philippus Musianus: Modestus philosofus Bardasenes syrus dialeticus & mathematicus. Apolenaris philosofus hi duo: M: Antonino uero libres pro nostra religione dederūt. Victor. Hireneus Rhodō Clemēs Alexādrinus Milciades eruditissimus/qui. M. Antonino quomodo librum pro religione tradidit christianorum: Appollonius philosofus romane urbis senator & christi martir qui cōmcdo seuero utrationem sue fidei redderet insigne uolumen cmposuit: Ap

pollonius. Abel: Serapion Bachilus. Polichartes: Heraclitus: Maximus: Candidus: Appion: Sextus Arauianus Narcissus Iudas Tertulianus doctrine fons qui sub seuero iperatore floruit/ atq; ita cōtra iudices exclamauit. Dicimus & palam dicimus/ & uobis torquētibus lacerati & cruēti uociferamur. Deum colimus per christum. illum hominem putate. per eū & in eo se cognnosci & coli uult deus. Sētētiis uestris gratias agimus. Cum dannamur a uobis adeo absoluimur: Ammonius Alexandrinus platonicus nobilis Leonides sapiēs Origenis pater Origenes uir doctrina uitaq; apprime mirabilis/ quem Porphirius doctrina omnibus sui seculi āte ponit/ qui disputationes Celsi Epicurei cōtra christianos octo uoluminibus cōfutauit totq; de doctrina christiana conscripsit quot uix etate lōgissima quis legere ualeat Hic ut Eusebius iquit frequētia tormēta & seculis omnibus iaudita pro christi gloria ptulit huius illustres discipuli Plutarchus Heraclides Heros sereni duo pro christo martyrio sūt coronati: Sequit Triphon & ambrosius Origenis discipuli Minutius Gaius Berillus Hippolitus Alexāder Iulius africanus. Geminus. Theodorus Cornelius: Ciprianus. Afer martir ac sapientis

& eloquentiā prestantissimus Pōtius Cipriani
discipulus. Dionisius Nouatianus: Marchion
Archelaus: Anatolius Alexandrinus philoso
phus clarus. Victorinus panphilus martir locu
ple ctissimus eiusq; discipulus Eusebius cesari
ēsis magistro similis Phierius: Lucianus Phile
as. Arnobius Lactātius: Rethnicus Metodi
us philosophus insignis, qui disputationes por
phirii cōtra nos egregio uolumine cōfutauit:
Iuuencus Eustachius: Marcellus Athanasius
magnus Antoninus: Basilias. Theodorus. Eu
sebius. Emisenus Triphilus Lucifer Eusebius
sardus. Acarius. Serapion. Ilarius magnus. Vic
torinus. Titus. Damasus. Apollinaris Grego
rius. Beticus. Pacianus. PheBadius. Dydy-
mus. Alexādrinus. uir diuinus & Ambrosius
alexādrinus eius auditor. Optatus afer. Achi
lius. Cirillus. Cuzonis. Epiphanius Effrem sy
rus: Magnus Basilius/Gregoriusq; eius frater
Gregorius nazāzenus cognomine theologus
hic inuectiuis Iuliani imperatoris i christianos
subtiliter copioseq; respōdet: Diodorus: Am
brosius. euacrius maximus philosofus maxim
Iohannes chrisostmus: Gelasius Theotinus
Dexter Amphilochius Sophronius & alii pe
ne innumerabiles uiri doctrina prestātes/qui par

tim ante Iulianum imperatorem/partim eo re gnante inter gladios ignemq; calamo. ligua uita morte christi gloriam defenderũt/unde martires quasi testes christiane glorie sunt appellati/adnumerat Hieronimus inter primos illos christianos Iosephum & Senecam & Philonem Due quoq; & septuaginta acutorũ uirorũ hereses statim post religionis huius exordium partim superbia hominũ partim astutia demonũ scaturientes christum ipsum quouis nõ recte ut alii. honorauerunt iam uero si uellem Hieronimos Ambrosios: Augustinos Gregorios aliosq; inumerabiles numerare uiros scientia prestantissimos: Grecos barbaros & latinos qui post Iulianum apostatam acute ornateq; scribendo & sancte agendo diutissime pchristi gloria laborauerunt/arithnetica me computatio frustraretur. Tãto saltem christiana lex ceteris excellẽtior est quãto & plures docti & doctis aliis sẽper doctiores eloquẽtioresq; & sanctiores fuerũt/q in hãc secuti sũt: quã qui alias susceperunt.

Si primum religionis huius fũdamẽtum dialetici uel oratores uel poete iecissent suspicaremur plebẽ astutia hominũ fuisse deceptam/si docti omnes semper respuissẽt iudicaremus eã forsitan cõtẽpnẽdam Si principes uel ab initio

uel paulopoſt hic legi omio fauiſſet opinarem̄ quod de quibuſdā religionibus arbitramur debi liores apotētioribus fuiſſe coactos/ſucceſſores deinde ut fit legē illā cum lacte ſuxiſſe. Diuina igitur prouidētia uoluit ſiplicē religionis ſue ueritatem ab hominibus primo rudibus & ſim plicibus primam originem ducere atq; a ſimpli cibus & rudibus aſtutos ac doctos feliciter irre tiri permiſit inſup religionem ſuam ānos plu res q̄ trecētos apotētibus ubiq; gētium crude liter in pugnari/ quo maior eſſet doctorum teſtium & fidelium numerus reiq; ipſius ueri or/certior/firmior/auctoritas. Nam in proſpe ritate fidem preſtare facile eſt: i aduerſitate dif ficile. Exquiſitiſſimis tormētis cruciatos fu iſſe chriſtianos ut nōſtras hiſtorias pretermictā teſtatur Cornelius tacitus. Vituperauit autem chriſtianos credo ut ſeculis ſuis adularetur. Quem etiam in hiſtoria mētitum fuiſſe Ter tullianus oſtēdit quia dixerit Iudeos capud aſi ni colere. Atq; ieadem hiſtoria ſcripſerit pom peium arcana iudeorum ſpeculatum nullum i eis ſimulacrum reperiſſe. Igitur ab hoc uno mendacio diſce reliquia. Accedit q̄ ut Hierēne us teſtatur non ob aliud tunc de noſtris ſuſpitō exorta eſt tāquam impiis & ipuris: q̄ ob hereti

corū quorūdā gnosticorū preserti uitam incestā
prorsus & execrabilem. Sed non ilongum dura
uit fama / ubi seipsa cepit ueritas aperire. Luci
anus gētilis peregrinū quendam sophistam atq;
ut ipse describit & christianum nō legiptimum
tāquam ostētatorem iactattoremq; deridēs in
quit. Hic preterea mirabilem christianorum sa
pietiam didicit a sacerdotibus eorum atq; doc
toribus qui magnum illum uirum in palestina
cruci affixum adorātes ceteras religiones spnūt
Ex magistri autem sui lege sibi iuicem fraterna
caritate deuiciūt. Sperāt se ethernos fore. Qua
ipe ducti misselli uitam hāc eiusq; bona contep
nūt. Et quotidie cedibus se spōte subiciūt hec
Lucianus: Quem de peregrino odii causa men
titum esse testis est aulus gellius peregrini fami
liaris. nam mōstrat hunc peregrinum uirū gra
uem cōstātemq; fuisse uerūq; philosofum. Cō
questus ē Plinius secūdus ī Epistola ad traianū
q urbes christianorum trucidētur qui nil preter
romanorū legem agant nisi q ante lucanos him
nos canant christo cuidam deo / ad cōferendam
uero disciplinam uetent homicida. furta. adul
teria, latrocinia & his similia. Rescripsit autem
traianus christianos inquirendos quidem non
esse oblatos uero puniri oportere: Cuius sentē

tiam ita Tertullianus confutat. O. sētētiam necessitate cōfusam negat inquirendos ut inno cētes. Et mādat puniri ut nocentes. parcit & se uit dissimulat & animaduertit. Quod temetip sam censura circumuenis? Si dānas cur non & in quiris? Si non inquiris cur nō & absoluis? Ru morem quoq; uanum aduersum christianorū mores exortū subtilissime cōfutat / mōstratq; nō de crimine ullo sed de nomine serte ad uer sum christianos actum fuisse. Atq; ut alias diximus. Similiter conqestus est Serenus granius i Epistola ad adrianum unde Adrianus scripsit ad Munitium fundanū procōsulē asiae ne pmic teret christianos innoxios homines perturbari calumpniatoribusq; illorum occasionem latro cinādi cōcedi / Epistolam Adriani integram Eu sebius noster adducit. Melitus sardensis episcō pus ad impe~~trationem~~ ratorem Verum librum pro no stra religione scripsit inquo refert edictum An tonini ad asiaticos reprehendētis eos q̄ cultū i mortalis dei: quem christiani colant pturbent usq; admortem christianos persequētes. Addit in eodem edicto plurimos ex prouinciis iudi ces super iis ad patrē suū scripsisse olim atq; nu per ad se quā plurimos deniq; statuere se quod & pater statuerat hoc est ne quis christianos

ob hoc dumtaxat q christiani sit insequatur ni si forte arguantur aliquid aduersum romani regni statum moliri. Arbitror Antoninum ob hoc etiam timuisse christum q frater eius. M. Aurelius scripsit cum exercitus eius apud germanos siti periclitaretur orationibus quorundã militum christianorum adeo impetrasse subito cõtra omnium spes largissimos imbres/quibus & suorum sedata sitis & hostes ob fulminum impetũ effugati: atq ob insignis facti miraculum eã legionẽ mutato nomine fulmineam appellauit hec scribit Appollinaris atq Tertullianus. Addit Tertullianus Marci imperatoris extare epistolas quibus apertius de iis indicetur. Eusebius adiũgit miraculum hoc ab historicis quoq gẽtilium fuisse relatum. Sed q christianorum orationibus factum fuerit pretermissum: Calamitas igitur christianorum uel ex imperito uulgo uel ex impiis principibus maxime cõtigebat: quorum primus fuit Nero. Suetonius afflictos fuisse a Nerone christianos narrat ob hoc dumtaxat q nouam religionem introducerent/ & ut ipse ait maleficam.i.magicam. Miracula enim multi uidẽtes demonibus quod dei erat attribuebãt. Sed infinita ueritas atq bonitas ueritatem suam ex mẽdaciis hostium decla

ut monstrat tertullianus

rauit & mala hominum cõuertit in bonum per
mictit quoq; usq; ad mũdi finem sãctorum su
orum cetum uel ab hereticis uel ab hostibus
agitari. Nõ cogit ad salutẽ deus homines quos
ab initio liberos procreauit Sed assiduis inspira
tionibus sigulos allicit, quod sic adeũ accesserit
hos durat laboribus exercet aduersitatibus &
uelut igne aurum sic animum probat difficulta
te qui si usq; ad finem perseuerauerit tanquam
igne aurum sic tãdem diuino lumine feliciter
corruscabit.

CAPITVLVM XXXVI Quod sacre christianorum lictere uitiate nõ sunt.

AVMETHES primos illos christia nos ualde ꝓbat cõfiteturq; doctrinã christianã idest euãgelistarũ apostolorũq; libros: ab ipso deo auctoritatem mirabilẽ accepisse ac testamẽto ueteri anteponit. Sed hos libros ait post apostolos a christianis fuisse corruptos. Totum q; id machinatus est homo tã callidus q̃ bellicosus quoniã asserit se a christo apertissimis uerbis fuisse promissum /qui in euãgelio dixit. Predico uobis post me uẽturũ esse quẽdã dei numptiũ nomine ~~mathẽ~~ illũ uide licet spiritum ueritatis/qui docebit uos omnia Principio machinatio huiusmodi & si apud

Maumethem

brutos inbellesq; homines. tales enim maumē thēses sūt tam ui quā dolo locū habuit tamen apud magnos prudētesq; uiros nimiū ridicula est. nam āte Maumethis aduētum nulla causa erat ob quam Maumethis nomen potius q̄ Pilati uel iude uel antichristi uel diaboli euangelio subtrahere debuissent. Post autem maumethis ad/uētum ipse Maumethes potius cultus fuisset ab iis qui euāgelium colebant quam nomen eius ablatum Sed ipse falso nomen suum subiūgi uoluit ubi apud Iohānem christus spiritum sanctum promictit cuius infusio apostolis ipsis non multo post Iesu a resurrectionem promictebatur Non post autem annos sexcētos arabibus promissus est autem nō homo sed incorporalis spiritus atq; ueritas. Et cūctis christianorū ducibus cōsetiētibus presertim illis qui de promissione uerbis licterisq; testes erant quiquagesimo post resurrectionē die aspirauit feliciter & illuxit. Deide quonam pacto uerisimile ē christianos oēs uoluīna illa que tanquam celitus data summopere eo tempore uenerabātur ausos fuisse mutare Siqui autem impii ausi sūt tāquam pauci inprudētesq; a pluribus prudētibus cōuicti statim sunt neq; obtinuerūt. Rursus si sacra uolumina passim apud

omnes gentes deprauata fuernut multi subito
animaduerterũt: si alicubi solum cetera exem
plaria reclamauerunt. Sed omnino inpossibile
est libros diuersis linguis locis, temporibus e
ditos tam late subito sparsos tam frequẽtatos
prorsus adulterare. Cur hereticorum secte di
uerse diuersas expositiones potius: q̃ testus ua
rios addcuebãt audiuimꝰ apluribꝫ ethiopibꝫ &illis
quidem licteratis similia omnino apud illos sa
cra uolumina nostra in barbaris licteris atque
apud grecos latinosq; existere. Scribit Richol
dus ebrõ theologus se iasia omnino eosdẽ tex
tus apud Iacobianos nestorianosq; christianos
hereticos atq; apud nos legisse: proinde testa
mentum uetus rectũ achristianis seruari patet
quia cum traslationes multas habeamus & ãte
cristum & post christum editas partim liberi
ores ut puta que aiudeis ipsis facte fuerunt: par
tim ad uerbum obseruatas maxime aHyeroni
mo ubiq; tandem precipua immo omnia iesu
christi misteria ferme similiter reperiuntur: et
translatio Hieronimi aduerbum facta ab om
nibus iudeis tanquam uera admissa est Et ipsa
quidem ad iesum confirmãdum sufficiẽtissima
Verissima etiam illa que aduobus & septuagin
ta iudeis ante christum edita ẽ & apud grecos

latinosq3 & barbaros christianos similis extat Cuius prima illa exemplaria & hebraica & greca Tertullianus etiā tēporibus suis apud serapeum inptolemei bibliotecis asserit extitisse Neque ab apostolis eorūq3 successoribus trāslatio huiusmodi olim uitiata fuit tū quia difficile erat longe diuulgatos & ita seruatos codices uitiare tū quia ōnino stultum ē credere tot tātosq3 uiros testimonia iudeorum adulterasse ad iesum occisum uiuificādum se ipsos uero ꝑdendos. Denique frequentes obiectiones & calumpnie insidieq3 undique christianis illate altercationesq3 sepius repetite admonuerūt christianos rectum scripturarum seruare tenorem Quod siquis unquam a maumethensibus audiuerit aliquid ad maumetem pertinēs testamēto ueteri fuisse subtractum respondeat nullo unquam pacto iudeos cū christianis ad hoc agēdum conuenire potuisse. Testamētum autem uetus neq3 apud iudeos neq3 apud christianos maumetensibus quicquam fauet Sed ut ad nouum redeam testamentum hoc ipsum esse sincerum cōstat ex apostolorum discipulis discipulorūq3 successoribus qui & operibus & scriptis de textus sinceritate testimonia perhibent. Constat etiam exātiquissimis conciliis sepe cō

ſtitutis ubi adecē doctiſſimorū uirorū milibus qui circumferebantur codices examuſſim exa minabantur. Vnde nihil unq̄ admiſſum ē abec clesia abſq; examine ſeueriſſimo. Garrit pre terea maumethes ſucceſſores apoſtoloꝝ par tem illam euangeliis addidiſſe; quod homo il le yeſus/ ſummus eſſet deus&uere mortuus primo quidem hoc inſcriptis apoſtoloꝝ euan geliſtaꝝq; tā ſepe&eo ordine eaq; ſimilitudine cōnexum eſt; ut nullo modo eſſe queat adiū tum. Deinde nihil aut difficilius pſuadetur: q̄ quod homo ſit ſummus deus aut diſſonantius ꝓferri uidetur: q̄ quod uerus deus ſit & uere mortuus. Nunquid igitur hoc adiunxerunt ut facilius quod predicabant/pſuaderent/nihil fer me hoc excepto abiis dicebatur/quod aut iude os turbaret/qui dei hominiſq; coniunctionem illam non capiebant aut romanos offenderent reꝝ dominos: qui ꝓhibuerant/quemq̄ abſq; ſenatus auctoritate deū congnominari. Mul toſq; uolebant deos neq; illos quidem ſūmos yheſum uero & ſummum & ſolum chriſtiani abſq; ſenatus approbatione uocabāt: Atq; ſcie bant obhoc dum taxat ſe arduam omnino ꝓ uinciam ingreſſos apud iudeos gētileſq; ualde periclitari: Quamobrem quod additum mau

methes inquit minime omniū uidetur adiunc
tū: sed uere nimiū simpliciterq; abiitio positū
At ipse uidetur omnino ꝓfunda christianoꝝ
misteria: q̄uis ea legerit nequaq̄ intellexitie
ubi. n. yhesum legit esse dei filium atq; deum
putat christianos/deos illic duos inducere pa
trem uidelicet atq; filium. Atq; hunc inalco
rano binarium deorum numerum detestatur
quod etiam achristianis ē alienum deum unū
patrem filium spiritumq; putantibus: ipse au
tem licet nesciat quomodo tamen miraculis
christi cōmotus ipsum dei filium deumq; fate
tur ubi eum nominat dei flatum spiritumq; ꝓ
priam dei animam uirtutem dei/uerbum dei
afflante deo exuirgine ꝑpetua natū. Preterea
quotiens īcidit ītrinitatis nomen homo tante
rei ꝓrsus ignarus christianos falso nimium &
īepte calumpniatur quod tres deos adorent:
nesciens ꝓprietates diuinarum distiguere per
sonarum: ac simul seruare diuine substantie u
nitatem: ipse tamen ueritate coactus deum u
biq; inplurali numero dese loquentem īducit
quod & Moyses obseruauerat qui īgenesi deo
modo sigulare nomen uerbumq; modo plu
rale attribuit: certe unitatem substantie ideo
seruans simul ac numerum personarum. DI

XIT DEVS faciamus hominem adinmagi
nem & similitudinem nostram. Atq; alia mul
ta etiam clariora. Sed audi quomodo loquen
tem maumethesdeum faciat. Marie omnium
mulierum optime & anullo unq̄ tacte nostrā
animam insufflauimus & illam filiumq; suum
manifestum miraculum posuimus: Item cum
multos numptios miserimus/misimus tandē
christum: Marie filum cuius sectatores fideles
mansueto & constanti corde fuerunt: ei nos
euangelium dedimus/ ut pipsum homines dei
amorē gratiamq; assequerētur. Rursus christo
multam contulimus bonitatē eumq; doctorē
filiis israel preposuimus. Itē christum addiui
ne legis cōplementum misimus christū mariā
q; miraculū fecimus/optimūq; iis iparadiso lo
cū dedimus habitandū: ac sepe similiter. Quā
obrē & si arrogans fuisse negari nō potest nō
minus ignorantie q̄ arrogātie uidetur esse cul
pandus. Multum. n. suā arrogantiā tempera
uit cū dixit ĩ alcorano se miracula neq; fecisse
neq; facturū/plurima ignorare esse purum ho
minē: q̄uis numptiū adeo ĩspiratū neque seda
re posse ueniā peccatoꝝ. Vetuit se ĩuocari & a
dorari cōfessus.ē ĩsuper esse ĩ libris suis nō nulla
de quoꝝ ueritate dubitari possit: Exquo appa

ret ipsum ueritatis spiritum non fuisse: multū
quoq; alcorani auctoritati detraxit cum īquit
Quicunq; deum unum adorans honeste uixe
rit siue iudeus siue christianus siue saracenus
sit misericordiam salutēq; adeo consecuturū
Auctoritatem uero euangelii manifestissime
confitetur cum lumen directionem perfectio
nēq; cognominat. Vnde & maumethis secta
tores eo concedente fatentur nouo testamen
to accedente ueteris testamenti ritus magna
ex parte merito cessauisse. Testamentū uetus
nouumq; eo pacto intelligunt & obseruant/
quo exposuit mandauitq; maumethes qui se u
triusq; uerissimum interpetrē esse asseuerauit
creationem mundi/ade ꝓgeniem historiā om
nē hebraicam probant & christi doctrinam Ex
pectant antichristum fore pessimum hominē
quem a christo occisum iri putant. Itē corporꝝ
resurrectionem ultimum iudicium suplicia &
premia sempiterna christum proximū deo se
dentē collocant. Maumethem christo oratio
ne qua & nos quotidiana utuntur ad deum pa
ter noster & reliqua. Sed ubi nos dicimus &
ne nos inducas ipsi dicunt deus fuit & deus e
rit: Maumethes missus a deo.

Capitulum trigesimū septimū causa erro

ris iudeorum maumethensium gentilium.

VERITVR que nam causa sit: que iudeos adhuc multos iperfidia detinet pro pheticorum christianorumque misteriorum diuina profunditas & quia diuina ideo humana itelligentia non penetrabilis atque econuerso. Rursus ingenium mercennariorum miserabilium que iudeorum incultum prorsus & pertinax / Auaritia tum eius quod suum est seruandi / tum faciendi fenoris iexplebilis / Naturalis suorum amor Innatum hodium christianorum. Quid autem post beatum Gregorium barbaros plurimos traxit i heresim difficillima diuinarum licterarum interpetratio / barbarorum genus nimium iperitum Violenta maumethis regis arabum manus septemque regum ipsi ex eius familia per ordinem succedentium leges: Accessit & licentia largior: Verum quid gentiles olim a uera ebreorum religione detorsit Mandata ambitiosorum pricipum: etas parum erudita: profusa licentia fallacia demonum malignorum. Auxerunt errorem deide blandimenta adulationesque poetarum. Detinet autem omnes facile iquouis errore. mos patrius & diuturna consuetudo: Non potest consuetudo inerrore christianos legiptimos detinere: qui aprincipio religionem susceperunt aberrore semotam

Nihil autem opus est ut longa disputatione confirmem que christus eiusq; discipuli credenda/sperenda/agenda/ proposuerunt. Satis enim ueritatis auctoritatisq; habent cum a diuina ueritate procedere iam probauerimus. Maximam igitur christianorum institutionum & missionumq; rationem assignauerimus cum pithagoricorum ritu dixerimus ille dixit: meminerimus autem turbari non opportere/si horum minus capaces esse possimus: Maximum enim diuinitatis eorum signum hoc esse censeo. Nempe si ea mens nostra penitus comprehendit/minora sunt mente si talia sunt diuina esse nō possunt. Si enim diuina sunt capacitatem omnem humane mentis excedunt. Fides ut uult Aristoteles ē scientie fundamentum/fide sola ut platonici probant addeum accedimus. Credidi īquit Dauid&propterea sum locutus. Credētes igitur propinquantesq; ueritatis bonitatisq; fonti/sapientem/beatamq; uitam hauriemus.

FINIS DEO GRATIAS.
.AMEN.



